Coniectanea Homerica.

Scripsit

C. A. Mauritius Axtius.

Crucenaci MDCCCLX.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iliad. Lib. I. v. 133—34.:

ἦ ἐθέλεις ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας, αὐτὰρ ἔμ' αὔτως
ἧσθαι δευόμενον,)

Interpres Latinus: Numquid vis, ut ipse habeas praemium ac me frustra sedere indigentem? — Quae pura puta est barbaria; cui tamen patrocinatus est Naegelsbachius, recte refutatus a Classenio in laudatissimis Observationibus Homericis (Progr. Francof., 1854. pag. 25—6.). Nam sic in promptu fuit dicere: *αὐτὸς μὲν ἔχειν γέρας*. Sed ne hoc quidem assentior Classenio, *ὄφρα* particulae vim hoc loco esse finalem; non enim divinare potuit Achilles, quae versu 139. sequuntur; *ὄφρα* est dum (vid. Voss.); Heynius (qui falso „Sic", inquit, „deberet esse *ὄφρα ἔχεις*"; vid. Passov. Lex. Gr. B. 1, b.) eandem rem negat et confirmat; nam interpretatur: „Ita ut tu (interea) habeas tuum munus, me munere privato". Ceterum permirus est Classenii error Achillem cum Agamemnone confundentis. *Αὐτὰρ* vero efficit inconsequentiam insolentissimam et poeta verbis expeditissimo etiam ea de caussa indignissimam, quod est in enunciato brevissimo. Non feliciter Faesius contulit Odyss. 14, 404., quod aut ad similitudinem adverbiorum *εἶτα* et *ἔπειτα* dictum est, aut sine ulla dubitatione reapse corrigendum: *ὅς ῥ'* vel *γ'* — *εἶτά σ' ἀποκτείναιμι*. — Agamemnon dixit: *εἶθαρ ἔμ' αὔτως* (cf. quae Naegelsb. de verbis *μὴ δὴ* annotavit); quod spectat ad v. 127—9., ubi Achilles videtur cum superba imperiosaque impatientia mulierem sine mora et neglectis rebus omnibus reddi iubere, compensationem autem in tempus incertum velle differre et Agamemnonem dictis phaleratis ducere. Quam rem Agamemnon eo magis aegre fert, quo minus iam serio acquiescit postulato. Certe e versu 120. intelligitur, eum nondum esse tam facilem, ut de muliere continuo reddenda cogitet; sed sententia ita est enuntiata, ut hominem prae se ferat satis lentum, qui omnem festinationem tardam esse velit et sperare videatur, interim aliquid fieri. Ne multa, hic versus provocationi ad populum simillimus est et ita demum post v. 116—19. non supervacaneus. Quare v. 118. ne *αὐτίκα* quidem ferendum, sed *αὖτις* videtur scribendum esse, id est vicissim; quod his rebus melius cadit in Agamemnonis animum, quam *αὐτίκα*. —

Iliad. Lib. II. v. 289.:

ὥς τε γὰρ ἢ παῖδες νεαροὶ χῆραί τε γυναῖκες)

Repone: *ὡς γὰρ δὴ παῖδες*. — Non enim longior est sententia, ut apud Soph. Trach. v. 445., quem locum Schneidevinus cum Homerico comparat; sed apud Sophoclem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quoque dubito an olim scriptum fuerit: *τῷμῷ γ'*. — Schneidevinus ad Trach. v. 313. pro mea emendatione: *δοκεῖ*, se: *εἶκεν* (*ἔοικεν*, *οἶκεν*), ut apud Aristophanem legatur, malle dicit. Sed vereor, ne vulgaris haec forma fuerit. — In celebri Buttmanni Grammatica Gr. s. v. *εἴκω*. hodie quoque iuventuti ad cogitandum natae et instituendae narrantur *εἶκα* forma Attici aliquoties esse usi metri gratia! — Quemadmodum ibidem etiam aliae res adhuc solent illustrari: sed ista quidem obsolevit opinio; nam lingua humana non arbitratus videri potest esse ludibrium nec poetica ars hominum mentis errore affectorum. — Schneidevinus, qui v. 1241. meam emendationem: *φανεῖς*, ut scripturam a Sophocle profectam receperit, ex iis, quae praeterea in Philologo olim proposui, certe magis debuit rationem habere coniecturae meae v. 419—20.: *στέγεις*; quam esse lenissimam et sententiam efficere aptissimam manifestum est. — Vers. 145., 628. et 1019—20. ne nunc quidem possum reprobare, quae in Commentat. Philol. Partic. Alter. Giss. 1842., (Progr. (aditial.) Crucenac.) pag. 12—13. iudicavi; quorum Schneidevinus non videtur notitiam habuisse; *ὄμμα ἔμπλεον*, quod ibi explicavi, est iuventutis circumlocutio, ut *χλωρὸν γόνυ*, similia; locis ibi allatis adde etiam Catull. 68., 55., ubi moesta quoque assiduo tabescunt lumina fletu, i. e. abdita fiunt. — Apud Catull. 5, 11—12. repone: ne sciantur, ut ne quis. — Ibid. 64, 9.: et tubam. — Ibid. 64, 225.: infusca. — Ibid. 126, 1.: verante. —

Iliad. Lib. II. v. 703.:

οὐδὲ μὲν οὐδ' οἳ ἄναρχοι ἔσαν, πόθεόν γε μὲν ἀρχόν·)

Repone: *δὲ τὸν* vel *μιν ἀρχόν*. — V. 708—9. Bekkerus seclusit; certe idem scribendum. Cf. Spitzn. et Odyss. 11,570. — Vide, quae ad Il. 5, 516. annotavi. - Apud Hesiod. Theog. 363. emendo: *πολλαὶ δέ οἱ εἰσι*. Ibid. 817.: *δὲ μέγ' ἠΐν*, Scut. 50.: *γέ τοι*. —

Iliad. Lib. II. v. 791.:

εἵσατο δὲ φθογγὴν υἷι Πριάμοιο Πολίτῃ.)

Repone: *μορφὴν*; item 13, 216., ubi Sch. B.: *ἀπὸ μέρους δηλονότι τὸ ὅλον σῶμα*. — Nempe ita nasum potissimum se ostentare par est! —

Iliad. Lib. II. v. 813—14.:

τὴν ἦ τοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν,
ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης·.)

Acute Düntzerus (J. Mützell. Commentar. 1860. Apr. pag. 343.) animadvertit, alibi praecedere deos; quod ut hoc quoque loco fiat, scribe: *τὴν ἦτοί ῥα θεοὶ* (i. e. quam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sane constat a diis vocari) — — ἄνθρωποι δέ τε σῆμα. — Ἄνθρωποι enim corruptum in ἀθάνατοι expulit ῥα θεοὶ et mutavit in ἄνδρες syllabis non adeo absimile. — Ceterum fugiunt vim meae intelligentiae, quae Faesius hoc loco annotavit. Immo nomina, per se olim fortasse significantissima, tempore fiunt obscura, et si nomen aliquod nunc pervulgatum hodie non apertum est ad intelligendum, sola vetustate eius vis obscurata est; nomen autem recens aeque potest fieri ut sit obscurum atque perspicuum et per se significans. Notationes vocabulorum κύμινδις et Σκάμανδρος videntur esse obscurae, sed fortasse per se sunt significantiores, quam nomina, quibus dii usi sunt; quae certe ubique fere sunt manifestiora, quam hominum, velut etiam Il. 1,403—4. Βριάρεως deorum prae humano Αἰγαίων. — Βατίεια sane est rubetum. —

Iliad. Lib. III. v. 180.:

δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, εἴ ποτ' ἔην γε.)

Recte Heynius: „εἴ ποτ' ἔην γε quid sit, nemo diserte docet, sed ex sententia unusquisque ariolatur.“ — Conditionalem sententiam esse perabsurdam in hac locutione sentiat necesse est is, qui non satis habeat qualicunque aures sibi plurium verborum multitudine impleri: — repone: ἐστι κυνώπιδος, ἤ ποτ' ἔην γε, i. e. vel fuit saltem. Nunc demum moestitia orbitatis reapse indicata est. — Cf. quae ad Odyss. 4,546., Il. 11,762., Odyss. 15,268., 19,315. annotavi. —

Iliad. Lib. IV. v. 17.:

εἰ δ' αὖ πως τόδε πᾶσι φίλον καὶ ἡδὺ γένοιτο,)

Vocula αὖ videtur ad pristinum pacis tempus respicere, nisi principio dictum fuerit: εἰ δή πως, vel εἰ δ' οὖν πως. Cf. quae ad 20, 215. annotavi. —

Iliad. Lib. V. v. 487.:

μή πως, ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου,)

Repone: ὡς πανάγροιο λίνου ἀψῖσιν ἁλόντες. De quo emendandi genere verissime iudicavit Eduard. Goebel. in Jul. Mützell. Commentar. 1860., Mart. pag. 271. — De ν littera vid. Heyn. et Spitzn. —

Iliad. Lib. V. v. 516.:

καὶ μένος ἐσθλὸν ἔχοντα. μετάλλησάν γε μὲν οὔ τι·)

Repone: δέ μιν οὔτι. — Vide, quae ad Il. 2,703. annotavi. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iliad. Lib. V v. 554.:

οἷω τώ γε λέοντε δύω ὄρεος κορυφῇσιν)

Scribendum certe *τώδε*. Cf. quae ad Od. 20,242. annotavi. Olim conieci: *ὁμοῦ* vel *ὁμῶς γε*. —

Iliad. Lib. VI. v. 124.:

οὐ μὴν γάρ ποτ' ὄπωπα μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ.)

Repone: *οὐ σέ γε γάρ ποτ'* — , vel: *οὐ μὲν (μὴν) γάρ σέ γ' ὄπωπα*, vel *μάχῃ σ' ἔνι;* non enim est consentaneum rei caput esse omissum. —

Iliad. Lib. VI. v. 447:

εὖ γὰρ ἐγὼ τόδε οἶδα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν·)

Repone: *εὖ δ' ἄρ ἐγώ*. — Ceterum Hector nondum omnem spem abiecit; vid. v. 474—493., 525—9. (cf. 24,727—739.). —

Iliad. Lib. VI. v. 492.—3.:

ἔργον ἐποίχεσθαι. πόλεμος δ' ἀνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασιν.)

Serva certe comma post *μελήσει;* sic enim accrescit sententia et Andromache primum simpliciter viris opponitur. Eadem ratio est Odyss. 1,358., 11,352., 21,352. — Ceterum Iliad. 6,493. insitivum esse iudico; cf. 20,137. —

Comparant hic Virgil. Aen. 7,444.:

Bella viri pacemque gerent, quis bella gerenda,

et dubitant, utrum gerent, an gerant sit scribendum, ut verba: quis bella gerenda, sana esse possint. Sed hoc ipsum gerere ineptum est, et fuerunt, qui legerent: regant; quod tamen non minus est absurdum: — repone fidenter: agitent. Cf. Sallust. Iug. 14.: Quae quum praecepta parentis mei agitarem. Ibid.: laeti pacem agitabamus. Cap. 109.: pacem, an bellum agitaturus foret. Fragm. Incert. Libr. 135: Traditur fugam in longinqua Oceani agitavisse. — Aen.: 1,44. repone: transfixis pectore (vel pectora) flammis; cf. 10,731, 11,645. — Aen. 2,413.: repone: Fremitu. Cf. Heins. ad Ovid. Met. 14,188. et Tacit. Germ. 11.: Si displicuit sententia, fremitu aspernantur. — Aen. 3,464: C. Schneiderus verissime emendavit: auro gravia et secto elephanto; sed frustra! nam quotusquisque est hodie, qui metrica vitia animadvertat aut curet? — cf. Vestr. Spur. p. 79. (Progr. Vetzl. 1841.), Progr. Crucenac. 1846. p. 10—20. — Aen. 7,599. repone:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nam mihi — omnisque in limine portus Funere felici potior; nam re bene pieque gesta et cum persuasione futurae maiestatis Latinae Turno mox debellato ante maturum prosperae vitae finem Aeneam generum accipiet et destinatum florentis imperii socium et successorem. Cf. v. 255—285. — Ne quid reticeam, funere iuxta omnis in limine portus plumbeum videtur et reponendum: munere. — V. 628. repone: sonitusque ciere tubarum, verbum de hac re frequentissimum. — Ibid. v. 630. paene adducor, Virgilium scripsisse: Supinum, ut Horatius vocat Rhodon claram et Corinthum bimarem, c. 1, 7, 1—2.; cf. Epist. 1, 11, 1—2. Sed Servius me commovet et ipse poeta reconditorum amator; vide 10,564: tacitis regnavit Amyclis; cf. Rivin. ad Pervig. Ven. v. 92., Sidon. 8., ep. 6.: Amyclis taciturnior, Auson. Prof. 15,6.: Amyclas qui silendo viceris, Goeth. Eleg. Rom. 20,3.:

Staedtebezwingerin, du Verschwiegenheit! Fürstin der Voelker!
Theure Göttin, die mich sicher durch's Leben geführt. — ;

qui vel ex hoc loco vere pronuntiasse videbitur, Graecos quidem et Romanos scriptores enixissime solere explicari; verumenimvero ne recentiores quidem sine interpretatione posse intelligi. — Aen. 10,545. emendavi: ecce, sinistram; vid. Peerlk. et cf. v. 570. et Progr. Crucenac. 1846. p. 23. — Aen. 12,369. necessario cum Zulich. legendum: ipse; cf. 5,219. — Contra apud Corn. Nep. Hamilc. 1,6. repone: ipsum periturum. — Cap. 3,3.: at princeps. — Eumen. 9,3. repone: ut assimulata. — Virg. Ecl. 4,23.: repone: Ipsi blanda tibi; nisi poeta consulto rem invertit, ut cunae dicantur sponte creasse flores; de quo genere dicendi cf. quae ad Vestrit. p. 98. annotavi et adde Virg. Aen. 10,204., Prop. 4,11,31., Hom. Od., 17,231—2., Il. 24,45. — V. 22. poeta fortasse scripsit: Mauros leones. — V. 33. repone: iubeat. — De argumento huius carminis vide quae infra ad Iliad. 23,200—213. annotavi. — Aeneid. 12,926.: repone: en, cadit ictus. — Georg. 2,229. insitivus est, nisi Virgilius scripsit: Densa magis Cereri quoniam favet, altera Baccho. — Ibid. v. 267.: repone: ex quo, vel v. 266.: locos similes quaerunt. —

Iliad. Lib. VII. v. 113—14.:

καὶ δ' Ἀχιλεὺς τούτῳ γε μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ
ἔρριγ' ἀντιβολῆσαι, ὅ περ σέο πολλὸν ἀμείνων.)

Parcius ista viris tamen obiicienda memento! — Eiusmodi traiectio veritatis non habet excusationem fraternae caritatis et curae. Repone: *τούτῳ κε—ῥίγησ';* cf. 7,215—8., 9,351—6., 13,110—6. — Il. 17,173—77. Hector mirifice memoria labitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iliad. Lib. VII. v. 128:

πάντων Ἀργείων ἐρέων γενεήν τε τόκον τε.)

Dele comma post *οἴκῳ* et repone: *Ἀργείων ἀΐων.* Cf. Apollon. Rhod 3,352. —

Iliad. Lib. VII. v. 443—64.:

Haec mihi vehementer sunt suspecta; cf. quae ad 23,200—13. annotavi. —

Iliad. Lib. VIII. v. 108.:

οὔς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἑλόμην, μήστωρα φόβοιο.)

Repone: *τοτ' ἀπ'.* Item 14,45., et alibi. Cf. Heyn. ad Iliad. 16,810. et quae ad Odyss. 22,290. annotavi. —

Iliad. Lib. VIII. v. 166.:

πάρος τοι δαίμονα δώσω.)

Repone: *σέγε δαίμονι δώσω;* cf. Odyss. 19,167. — Olim conieci: *τοι δαίμον' ἐπόρσω.* — Iliad. 9,571. alius est generis. —

Iliad. Lib. IX. v. 452.:

προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα.)

Interpretantur, ut odio senis caperetur. Quod ineptum esse concedent, qui primum mulierem esse pellicem reputaverint, quae odium non audeat significare. Deinde non est secundum naturam, ut, quae iuniorem praeoptet, senem continuo oderit. Sola vera est scriptura Schol. Lips. Vict. *γέροντι;* sed restat vitium; repone: *ἵν' ἐχθήραιμι γέροντι,* vel: *ἐχθήραιμ' ἑ γέροντι.* Cf. Odyss. 4,105.; quod ipsum qui legi malit, scribat: *προμιγῆν', ἵν' ἀπηχθήραιμι γέροντι.* —

Iliad. Lib. X. v. 344—45.:

ἀλλ' ἐῶμέν μιν πρῶτα παρεξελθεῖν πεδίοιο
τυτθόν ἔπειτα δέ κ' αὐτὸν ἐπαΐξαντες ἕλοιμεν)

Repone: *αὐτοὶ.* —

Iliad. Lib. X. v. 499.:

σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι, καὶ ἐξήλαυνεν ὁμίλου)

Repone: *σὺν δὴ εἶρεν ἱμᾶσι,* vel, si cui opus videatur: *σὺν δὲ δὴ εἶρεν.* Cf. Thiersch. Gr. Gr. §. 150,2., Iliad. 11,524., 13,52., 17,466. —

Sic haec certamina tanta
Pulveris exigui iactu compressa quiescunt! —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cf. quae ad 15,680. annotavi. — Mirum, particulam poetae gratissimam, qua in omni genere locorum usus est, tam diu potuisse oblitterari! — Cf. Iliad. 5,24., 3,120., 122., 123., 16,127—8, 18,290—1. 22,208—9. Odyss. 24,71—2. —

Iliad. Lib. XI. v. 636—7.:

ἄλλος μὲν μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης
πλεῖον ἐόν, Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν')

Haec qui ut Homerica possit concoquere, dura habeat necesse est messorum ilia: — imitatione sunt efficta ad huiusmodi locos: Iliad.: 16,140—144. —

Iliad. Lib. XI. v. 650:

ὅν τινα τοῦτον ἄγεις βεβλημένον.)

Repone: *ἄγες* (612.). —

Iliad. Lib. XI. v. 696—7.:

ἐκ δ' ὁ γέρων ἀγέλην τε βοῶν καὶ πῶυ μέγ' οἰῶν
εἵλετο, κρινάμενος τριηκόσι' ἠδὲ νομῆας.)

Repone: *εἵλετ', ἀείρας μῆλα τριηκόσι'; μῆλα* cum Bentleio. Cf. Heyn., Spitzn. de V. Her. pag. 91. §. 4. et Odyss. 21, 18. —

Iliad. Lib. XI. v. 762.:

ὦς ἔον, εἴ ποτ' ἔον γε, μετ' ἀνδράσιν. αὐτὰρ Ἀχιλλεύς)

Repone: *ὦς εἴμ' ἤ ποτ' ἔον γε μετ' ἀνδράσιν.* Vel se ita sentire et sociis uti dicit, vel punctum temporis iucundissima fruitur oblivione et subito reminiscitur, qui nunc sit. — Non ita Iliad. 23, 643. — Cf. quae ad Il. 3, 180. annotavi. — Vers. 813. repone: *δέ οἱ* vel *δή;* cf. Iliad. 2, 217., 703. et quae ad Iliad. 2,703. annotata sunt. —

Iliad. Lib. XII. v. 23.:

κάππεσον ἐν κονίῃσι καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν.)

Repone: *κονίῃ καὶ ἀρηιθόων γένος ἀνδρῶν.* — Versu 332. recte quidem omnino Schneidevinus videtur usus esse ad explicandum Soph. Oed. Col. v. 521—23. ed. Br.; sed negari nequit Homerica propter *πρὸς πύργον ἴσαν* multo esse dicta magis perspicue et hanc Sophoclei loci interpretationem valde fieri dubiam iis, quae v. 960—4. leguntur (cf. v. 266—7.); quae cum Homericis nullo modo possunt comparari. — Eiusdem fabulae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

v. 588. repone: ἐγγενῶν. — v. 1282. suppositilius est; eiusmodi quid certe non coram Oedipo suaderi potuit. Sophoclem puto scripsisse:

τὰ πολλὰ γάρ τοι ῥήματ' ἢ τέρψαντά τι
παρέσχε φωνὴν ἢ κατοικτίσαντά πως. —

V. 1336. repone: θωπεύοντες αἰτοῦμεν; cf. v. 1363—4. et Odyss. 17,365—6. — V. 1349. repone: αὐτὸς δεῦρο. — V. 1381—2.: repone:

ἀραὶ κρατοῦσεν, εἴπερ ἡ παλαίφατος
Λίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις. —

V. 1390. emenda: στυγνὸν παλαιὸν ἔρεβος, nisi fortasse πατρῶον quoque ἔρεβος Ταρτάρου ita potest explicari, ut domesticum et gentilitium Oedipus dicat esse sibi suisque saevum mortis numen. — V. 1584. iam anno 1835. reposui: κεῖνόν γ' ἐς ἀιεὶ, Progr. Vetzlar. p. 36.; quod Hermannus quoque coniecit. Ibidem apud Mimnermum correxi:

ἦρος, ὅτ' αἶψ' αὐγαῖς αὔξεται ἠελίου. —

Nunc legitur αὐγῇς. —

De Iliad. 12., v. 204. egi in Progr. Crucen. 1855. pag. 9.; id quod Sengebuschii fugisse videtur diligentiam pag. VII. —

Iliad. Lib. XIII. v. 287.:

οὐδέ κεν ἔνθα τεόν γε μένος καὶ χεῖρας ὄνοιτο.)

Non est hic locus eiusmodi:, ut τις abesse possit: repone: οὐδέ τις (cum Bentl. et Heyn.), et: τεόν κε. —

Iliad. Lib. XIII. v. 315—16.:

οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο,
Ἕκτορα Πριαμίδην, εἰ καὶ μάλα καρτερός ἐστιν.)

Repone: μὲν; vide, quae ad 21,249—50. annotavi. —

Iliad. Lib. XIV. v. 102.:

ἔνθα κε σὴ βουλὴ δηλήσεται, ὄρχαμε λαῶν.)

Si vulgata scriptura sana est, δηλήσεται est aoristus; cf. Thiersch. §. 322,6. et Kühn. Gr. Gr. §. 462., annot. 2. — Mihi scribendum videtur: ἔνθα δὲ σή. —

Iliad. Lib. XV. v. 18.:

ἢ οὐ μέμνῃ ὅτε τε κρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν)

Repone: ὅτε τ' ὑψόσ' vel ὑψου (ὕψι) ἀνεκρέμω. — Cf. 13,140. Ita ne hoc quidem loco cultissimus poeta prava caesura deformatur. Cf. Spitzn. de Vers. Her. p. 10. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nescio qui narretur incertus, quem Homerus cogitarit, huius versus motus. Non hic nobis res est cum Enniis etiam neglecta arte expingentibus. —

Iliad. Lib. XV. v. 302.:

Τεῦκρον Μηριόνην τε Μέγην τ' ἀτάλαντον Ἄρηι,)

Repone: *Τεῦκρος Μηριόνης τε Μέγης τ' ἀτάλαντος Ἄρηι,* —

Iliad. Lib. XV. v. 680.:

ὅς τ' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναείρεται ἵππους,)

Repone: *συνανείρεται ἵππους,* ut tandem Homerica carmina hoc quoque docto barbarismo libera esse possint; cf. quae ad 10,499. annotavi. *Ἀνείρω* certe est iam apud Herodotum quoque, 3,118. Compositio *συναν* facillima; vide lexicon. Mirandum etiam hoc loco accidere debet, verum tam diu potuisse latere. —

Iliad. Lib. XVI. v. 58:

τὴν ἄψ ἐκ χειρῶν ἕλετο κρείων Ἀγαμέμνων,)

Repone: *τήν μ' ἄψ,* vel: *μ' ἕλετο.* —

Iliad. Lib. XVI v. 99.:

μήτε τις Ἀργείων, νῶιν δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον,)

Repone: *νὼ δ' ἐκδύημεν ὄλεθρον.* — Vide, quae ad Odyss. 23,52. annotavi et de forma *νὼ* Thiersch. Gr. Gr. §. 204.6. — Olim conieci: *ἐκ νῶι δὲ δῦμεν,* vel: *δῦμεν δ' ἐκ νῶί γ' ὄλεθρον;* cf. 22,216. De loco pronominis sic minus significanter oppositi cf. Iliad 10,481. — Omnino ea est veterum linguarum natura, ut saepe contraria eiusmodi necessario debilitentur, velut Iliad. 10,481., 22,259., 485—6., (cf. 18,308.); nec tam certus potest talibus syllabis admoveri sonus, quam in Germanica lingua, velut Horat. Carm. 4, 5, 6.:

Instar veris enim vultus ubi **tuus**
Affulsit populo, — ;

nam theticae sunt hae syllabae et breves. Sed non est, cur easdem praeter necessitatem encliticas statuamus, velut Iliad 23,724.; cf. Thiersch. Gr. Gr. §. 149, 3. et quae ad 17,16. annotavi. Vel huiusmodi locis, quales sunt Iliad. 6, 444., 17, 174., scripserim: *ἐμέ;* cf. Heyn. — Contra in Germanica lingua eam constat esse sententiae vim, ut prosodiacas rationes ipsas possit mutare; cuius rei luculentissimum exemplum est ille Schilleri versus (Vallenst.: Picc. 5, 1.):

Es kann nicht **sein!** kann **nicht** sein! **kann** nicht sein! —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tetigi hanc rem Progr. Vetzlar. 1835. p. 7. (Astrolog. Maneth.), quae vel Platenio fraudi fuit in Cassandrae Sapphico versu:

Noch **einmal**, wie's kündet die alte Fabel,
Ueber'm Haus blutgieriger Tantaliden
Sein Gespann rückwärts mit Entsetzen lenkend
Schaudert Apollo. — ,

et in versu Alcaico ad Franciscum II.:

Vergebens hoffst du, **dass** der Lombarde je
Dich lieben **lernt, dass** je es der Pole lernt!
Wohl schleifte Mailand Barbarossa,
Aber es blutete Conradin auch. —

Istud einmal pessumdat numeros et dass est tenuissimum. Ceterum falso legitur in eiusdem carminis (certe edit. 1843.) tertio Alcaico versu:

Dein Auge gekehrt war, dass du Völker, — ;

repone: Blick. —

Iliad. 16,97. locutio: *αἰ γὰρ Ζεῦ* cet. est ex numero eorum dictorum et rerum, quae apud Graecos et Romanos trinitatis indicia exhibent; vid. quae annotavi ad Iliad. 23,200—13. — Schneidevinus quoque eiusmodi quid videtur sensisse ad Soph. Oed. Reg. v. 163. Cuius fabulae v. 620—22. etiamnunc teneo, quod in Philologo conieci: *μὴ ὄφαλῶ γ' ἔν σοί ποτε* (cf. Electr. 690., Aiac. 1141., Oed. R. 119., Trach 151.), et Aiac. 1137. comparari posse nego. —

Iliad. 16, versu 121. verba: *Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην* dicta sunt ad similitudinem locutionis: *εἰς βαλανεῖον βούλομαι;* iis, quae Faesius affert ad Il. 5,252. adde 8, 157: *φύγαδ' ἔτραπε μώνυχας ἵππους*, et 11, 21.: *πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος*, ibid. 446.: *φύγαδ' αὖτις ὑποστρέψας ἐβεβήκειν*, 12, 124.: *τῇ ῥ' ἰθὺς φρονέων ἵππους ἔχε.* — Contrarium est Iliad. 13, 363., 15, 438. —

Iliad. Lib. XVI. v. 650—651.:

χαλκῷ δηώσῃ, ἀπό τ' ὤμων τεύχε' ἕληται,
ἦ ἔτι καὶ πλεόνεσσιν ὀφέλλειεν πόνον αἰπύν.)

Repone: *δηώσαι* et *ἕλοιτο;* vid. Iliad. 5, 671—3. et 13, 486., Iliad. 18,308. Bekk. et quae ad Odyss. 4, 546. annotavi. — *Ὀφέλλειεν* quoque sine dubio nihil est et *ὀφείλειεν* scribendum. — V. 754. Eduardus Goebelius in Jul. Mützell. Commentar. 1860., Mart. pag. 271. recte reposuit: *μεμαώς, Πατρόκλεις, ἄλσο.* —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iliad. Lib. XVII. v 16.:

τῷ με ἔα κλέος ἐσθλὸν ἐνὶ Τρώεσσιν ἀρέσθαι,)

Hoc certe loco et 22,339. hiatus, cuius mentionem facit Spitzn. de Vers. Her. p. 139—40., magno cum sententiae commodo potest expelli: *τῷ ἔμ' ἔα*, et: *μὴ ἔμ' ἔα*. — Iliad. 2,165. et 181. J. Bekkerus edidit: *μηδέ τ' ἔα*. — Cf. quae ad Il. 16,99. annotavi. —

Iliad. Lib. XVIII. v. 100.

ἔφθιτ', ἐμεῖο δ' ἔδησεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι.)

Nimium diu hic quoque partus monstruosus Homerum foedavit; repone vel: *ἐμεῖο δὲ δέησεν*, ut synizesis sit; cf. Thiersch. Gr. Gr. §. 149, 2.; vel: *ἐμοῦ δὲ δέησεν*. —

Iliad. Lib. XIX. v. 43.:

οἵ τε κυβερνῆται καὶ ἔχον οἰήια νηῶν)

Bothii *κάτεχον οἰήϊα* per se aptum non videtur usu Homerico posse confirmari. Conieci: *οἵ γε — μὲν ἔχον*. Olim.: *οἵ τε—μὲν* et *ῥα—μὲν*. —

Iliad. Lib. XIX. v. 93.:

πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἥ γε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει.)

Recte Bentleius emendavit: *ἀλλὰ γὰρ;* sed *γε* particulam debuit servare. — V. 110. Faesianis adde Maneth. Apotel. 6., v. 33.:

δὴ τότ' ἀπ' ὠδίνων καὶ γαστέρος ἐκπροθορόντες. —

Versu 262. (cf. quae ad v. 302. annotavimus) *πρόφασιν* coniungendum est cum voce *εὐνῆς*, ut notatio sit subiicienda: Per professionem apertam; quod Dammio visum est; aut significat occasionem vel excusationem. Participium *κεχρημένον*, ut bene coniecit Bothius, continet caussam *προφάσεως* et supplendum est genitivo pronominali *αὐτῆς;* potest tamen etiam dativus *Βρισηίδι* cogitari; cf. Herodot. 2, 181. Deinde repone: v. 261: *μὴ ἐμέ πω κούρῃ* et cf. Iliad. 24,553. — Olim conieci: *προφάσει κεχρημένον;* cf. Steph. Thes. s. v. *πρόφασ.* — Venit hic in mentem loci illius Sophoclei Electr. v. 47.:

ἄγγελλε δ' ὅρκῳ προστιθείς, ὀθούνεκα
τέθνηκ' Ὀρέστης —,

cuius simillima est ratio. — Eiusdem fabulae vers. 61—4. supposititios iudico. — V. 445. repone: *λουτροῖς εἰς (ἐς) κάρα;* id flagitat Graecus sermo et res; cf. Pap. Lex. ed. Sengeb.: abwischen; ad haec *κάρα* in libris. Olim coni. *λουτροῖς ἐν κάρᾳ*. — V. 451. repone: *Τήνδέ γ' ἀλιπαρῆ*. — V. 565. est subditus. — V. 852. repone: *στυγνῶν ἀχέουσ' αἰῶνι*. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iliad. Lib. XIX. v. 302.:

Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.)

Falluntur, quibus specie Patroclum, reapse suas quaeque calamitates hae mulieres videntur complorasse. Primum enim illa aetate homines misericordes se praebuerunt in alios et ad lacrimas propensos, atque ea fuit eorum sinceritas, ut abhorrerent a fletu conficto dolis. Vid. Iliad. 7,426., Odyss. 9,294—5., 10,198—202., 209., 12,309—11., alibi; cf. Ovid. Met. 14, 242—3., ubi vers. 250. repone: tecta et non nota, ut alicubi dicit: non notum numen. — Cf. Horat. Epod. 12,25. et quae ad Vestrit. p. 112. et Progr. Cruc. 1846. pag. 12. annotavi. — Deinde, cur praesertim hae mulieres ex animo lamententur, vid. Iliad. 19, v. 282—300., 17,671. — Serio igitur illacrimantur morti Patrocli; quae tamen caussa est, ut eodem tempore suorum funera sibi proponant et hic quoque dolor eo magis refricetur, quod Patrocli bonitas ad earum fructum redundavit; nunc autem praeter cetera servitutis mala etiam huius clementia sunt privatae. — Ita Ullyssi cantus Demodoci lacrimas excutit recordatione communis calamitatis et orbitatis. Helena autem Iliad. 24, 761—775. expositis doloris caussis aperte profitetur:

τῷ σέ θ' ἅμα κλαίω καὶ ἔμ' ἄμμορον ἀχνυμένη κῆρ. —

Sed versu Iliad. 19, 302. mediusfidius verba ipsa ita sunt comparata, ut lacrimae, si non simulantur, tamen non Patrocli luctu dicantur effundi. Quocirca Homerica elegantia huiusmodi quid flagitat: *Πάτροκλον πρόφασιν, καὶ δ' αὐτῶν* vel *πρόφασίν γ', ἅμα δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.* —

Iliad. Lib. XX. v. 14.:

νηκούστησε θεᾶς, ἀλλ' ἐξ ἁλὸς ἦλθε μετ' αὐτούς,)

Repone: *καὶ αὐτὸς*, vel: *μετ' ἄλλους.* —

Iliad. Lib. XX. v. 121—22.:

παρσταίη, δοίη δὲ κράτος μέγα, μηδέ τι θυμῷ
δευέσθω, ἵνα εἰδῇ ὅ μιν φιλέουσιν ἄριστοι)

Repone: *μέγα κράτος, ἐν δέ τι — γενέσθω,* — Cf. Steph. Thes., Ameis. ad Od. 17,413., Epist. ad Hebr. 6,4; 5., Spitzn. De Vers. Her. p. 91. §. 4., et Theogn. v. 173. Br.:

Θεοῖς εὔχου, οἷς ἐστι μέγα κράτος. οὔ τι ἄτερ θεῶν. —

Il. 20,135. sane dignissimam continet Neptuno sententiam: *ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτεροί εἰμεν.* — Vers. 136. *ἔπειτα* multo minus extra ordinem cepit locum, quam nonnunquam Latinorum deinde, velut apud Virg. Aen. 1,195—197.:

Vina bonus, quae **deinde** cadis onerarat Acestes
Litore Trinacrio dederatque abeuntibus heros,
Dividit et dictis maerentia pectora mulcet. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ceterum erravit Vernsdorfius, qui ad Poett. Min. III. Carm. Sapph. Incert. Auct. v. 14.:

Nam volens parere, regit deinde. —,

haec annotaverit: „Trisyllabum deinde prima correpta contra usum meliorum poetarum est.“ — Cf. Terent. Andr. 3, 2, 3. in elegantissimis Bacchiacis versibus:

Nunc primum fac istaec lavet: post deinde, —.

Iliad. 20,138. J. Bekkerus sustulit absurdum istud ἄρχωσι, et miror, quod Faesii acumen Alcmanio somnio acquiescere potuit et tam perplexabilem statuere transgressionem, ne ἢ in καὶ mutaretur scilicet! —

Iliad. Lib. XX. v. 215.:

Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς,)

Hic οὖν videtur scribendum esse, praesertim quum v. 219. sequatur: *Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν.* Cf. quae ad 4,17. annotavi. —

Iliad. Lib. XX. v. 316—17.:

μηδ' ὁπότ' ἂν Τροίῃ μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται ·
δαιομένη, δαίωσι δ' ἀρήιοι υἷες Ἀχαιῶν.“)

Repone: *πᾶσα θέρηται*, i. e. incensa exuretur; cf. 6,331. —

Iliad. Lib. XX. v. 362.:

ἀλλὰ μάλα στιχὸς εἶμι διαμπερές, οὐδέ τιν' οἴω)

Repone: *κατὰ στίχας;* cf. 11,91. — Versus 429. affert mihi memoriam Iliad. 1,567., ubi recte Heynius reposuit: *ἆσσον ἰόντες, ὅτ' ἄν τοι;* cf. eius annotationem et Iliad. 15,22. —

Iliad. Lib. XX. v. 493—4.:

ὣς ὅ γε πάντῃ θῦνε σὺν ἔγχεϊ, δαίμονι ἶσος,
κτεινομένους ἐφέπων· ῥέε δ' αἵματι γαῖα μέλαινα.)

Repone: *κτείνων τοὺς ἐφέπων;* cf. 357. 11,154. 177. 496. 21,542. Olim conieci: *εἰλομένους*, i. e. suo ipsorum globo impeditos. — Spitznerus affert quidem locos, ubi *κτεινόμενος* dicitur, sed non probavit *κτεινομένους ἐφέπειν* non praepostere dici; reapse enim contrarium fit: Achilles interficit eos, quos insectatur et premit; non insectatur et premit eos, quos interficit; 1,410. *ἕλσαι κτεινομένους* est compellere caedendo. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iliad. Lib. XXI. v. 190.:

τῷ κρείσσων μὲν Ζεὺς ποταμῶν ἁλιμυρηέντων,)

Hoc loco *μὲν* est atqui, non *τῷ*, ut Faesio visum, et *τῷ* versu 191. debuit poni: Atqui Juppiter cet., ergo rursum cet. Itaque aut praepostere posuit poeta hanc voculam, aut reponendum est: *Τῶν*. Cf. 7,382. — Odyss. 16,121. sunt qui *τῶν* legant. — Iliad. vers. 194. subit recordatio Propertiani loci: 4,11,24., ubi recte reposuerunt: corripere ore; cf. Virg. Aen. 2,707. Homerico loco respondet Virg. 7,678.; 8,31. (72.), ubi, ut melius habitet deus aquatilis, repone v. 74—5.: Qui — Sorte tenet, vel: Fontis habet (cf. 66.); et Ovid. Met. 14,232. — Iliad. 21, v. 203. *ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες* non est dictum, ut *Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα* et similia, quod Faesius opinatus est; nam penes anguillas non est principatus piscium, sed propter peculiarem suam naturam non inter pisces numerantur; quod maxime liqueat ei, qui ad sonos notationum, quos *ἰχθὺς* et *ἔγχελυς* nomina prae se ferunt, attenderit; illo enim rapidus quidam motus et simul rigor, hoc reptatio et lubrica volubilitas pingitur. — Cf. etiam Schulz. Progr. Quedlinb. 1855. p. 23. — Iliad. 21,225. in Progr. Cruc. 1855. p. 36. conieci. *Ἕκτορα*. —

Iliad. Lib. XXI. v. 249—50.:

ἀκροκελαινιόων, ἵνα μιν παύσειε πόνοιο
δῖον Ἀχιλλῆα, Τρώεσσι δὲ λοιγὸν ἀλάλκοι.)

Repone: *μὲν*. — Cf. quod ad Iliad. 13,315—16. annotavi. De vers. 319.: *ἅλις χέραδος περιχεύας μυρίον* cf. Hermes. Leont. v. 55—6., Progr. Cruc. 1855. p. 10—11., Odyss. 16,121. et Intrpp. ad Iliad. 22,349. — Iliad 21, v. 322—23. nihil est, cur scribatur: *Τυμβοχοῆσ', ὅτε*. — Ceterum non potest hoc *θάπτωσιν* conferri cum Cornel. Nep. Eum. 13,3. — V. 340. recte Thierschius scripsit: *πρίν γ' ἀπόπαυε;* cf. 1,98. 5,288. 9,488. 13,105. 18,75; 135. Odyss. 13,124; 322; 336; 18,289. alibi, et Spitzn. De Vers. Her. pag. 82. — Versu 477. necessario scribendum: *πολεμίξειν;* vid. Heyn. — Versu 530. qui *ὀτρύνων* edunt, inventis frugibus glandem malunt edere. —

Iliad. Lib. XXI. v. 534.:

αὐτὰρ ἐπεί κ' ἐς τεῖχος ἀναπνεύσωσι ἀλέντες,)

Repone: *ἐπεί γ' ἐς τεῖχος ἀναπνεύσονται* vel *ἀναπνεύσουσι*, ut etiam digamma expleatur; cf. de fut. act. Thiersch. Gr. Gr. §. 125,20., Passov. Lex. Gr. I. pag. 156., Steph. Thes. ed. Paris. et Damm. Lex. Homer. ed. Rost. s. v. *πνέω*. — Incipere respirare nihil est; cf. 15,235. et 16,42. — De particula *ἐπεὶ* cum futuro coniuncta vid. Passov. Lex. Gr. et Steph. Thes. 3. pag. 1455. — Olim conieci: *ἐπεί κ' ἐς — ἀναπνείωσι*. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iliad. Lib. XXII. v. 84.:

τῶν μνῆσαι, φίλε τέκνον, ἄμυνε δὲ δήιον ἄνδρα)

Repone: *ἄλευε δὲ δηίον ἄνδρα τείχεος ἐντὸς ἰών.* Vulgatum erat *ἰὼν;* quod Heynius falso minus accommodatum vocat, ita *ἔσω* Homericum esse opinans; cf. 1,432. — *Τείχεος ἐντὸς ἐὼν* Hector non potest *ἀμύνειν;* nam non est in urbe (ut Lapithae Iliad. 12,141—2., et alia ratio est Iliad. 4,341. et 12,315.), neque matri id nunc curae est, ut Achillem filius arceat, sed ut fuga evadat. Vid. Steph. Thes. s. v. *ἀλεύω* et *ἄλευε.* Cf. *ἄμπνυτο* cet. et *ἄμπνυε.* —

Iliad. Lib. XXII. v. 157.:

τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὃ δ' ὄπισθε διώκων,)

Non potest comparari Iliad. 7,418. Repone: *παράδραμ' ὃ μὲν.* Cf. 7,8. —

Iliad. Lib. XXII. v. 202.:

πῶς δέ κεν Ἕκτωρ κῆρας ὑπεξέφυγεν θανάτοιο,)

Nescio an *πῶς δέ νυν* scribendum sit. —

Iliad. Lib. XXII. v. 349.:

οὐδ' εἴ κεν δεκάκις καὶ ἐεικοσινήριτ' ἄποινα)

Repone: *εἴ μοι δεκάκις τε καὶ εἰκοσάκις* (vel *δεκάκις καὶ ἐεικοσάκις*) *κλυτ' ἄποινα.* Cf. 9,379.:

οὐδ' εἰ μοι δεκάκις τε καὶ εἰκοσάκις τόσα δοίη,

et Odyss. 8,417.: *κλυτὰ δῶρα.* Vulgata scriptura pariter est importunus barbarismus atque zehnfach und zwanzig; *δέκα καὶ εἰκοσάκις* fortasse patienter ferri posset, ut zehn und zwanzigfach. Sed omnia edepol mira, nisi sunt, qui contra impense hic collaudent poetae artem, qua Achillem iracunde *παφλάζοντα* aspera oratione expresserit, Junoni cum ingeniosa caesurae offensione suspensae comparem! Cf. quae ad 15,18. annotavi. — Vox *νήριτος* sine dubio debetur inveterato errori et apud Hesiod. Op. 511. scribendum: *τότ' ἀπείριτος ὕλη;* item apud Apollon. Rhod. 3,1288.: *ἀσπίδ' ἀπείριτα ταύρων ἴχνια,* 4, 158.: *ἀμφί τ' ἀπείριτος ὀδμή.* — Olim apud Homerum quoque conieci: *εἴκοσ' ἀπείριτ' ἄποινα.* Cf. pag. 16. et Iliad. 23,760. —

Iliad. Lib. XXII. v. 492.:

δευόμενος δέ τ' ἄνεισι πάις ἐς πατρὸς ἑταίρους,)

Quid hoc loco pote peius quicquam isto verbo *ἄνεισι* memorarier? prae-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sertim quum v. 499. puer narretur ἀνιέναι, et recte quidem; nam hoc certum est, aliquo modo matrem ab eo relinqui. Hoccine credibile, tanta inopia innata Graeco sermoni ut siet! — Vah! si Graeci haec eodem verbo dixissent, profecto non elegantius et dilucidius essent locuti, quam egomet nonnullis videbor, quum eam opinionem antigerio mihi displicere ero professus. Stat sententia! repone: ἄπεισι vel ἄρ' εἶσι. — Olim conieci: πρόσεισι, μέτεισι (Dacier.: aborde) et: πάρεισι; cf. Passov. Lex. Gr., Heyn. et Voss. — Interpres Latinus v. 492.: vadit, et v. 499.: redit, (Dacier.: reviendra)! —

Iliad. Lib. XXIII. v. 74.:

ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄιδος δῶ.)

Repone: ἀλάλημ' ἀμφ'; cf. v. 71—3., Virgil. Aen. 6,329. — Interpres Latinus: circum; item Voss.; Dacier.: devant! —

Iliad. Lib. XXIII. v. 200—213.

Posterioris aetatis videntur esse hi versus; Ovidianum quendam praeferunt colorem. Cf. quae ad 7,443—64, annotavi.

Vers. 191. in vocibus χρόα ἴνεσιν ἠδὲ μέλεσσιν est χρόα ipsa res, quam recipit verbum, et dativus stat vera et germana vi, ut cutis ita dicatur siccari circumcirca, ut hoc malum nervis et membris accidat. Cf. de praepositione Iliad. 11,89. et de dativo, quae Progr. Crucenac. 1855. p. 24—6. exposui; quibus adde Schneidevin. ad. S. Oed. Reg. v. 25. — Laetor C. V. Nauckio complures meorum dativorum placuisse et puto futurum esse, ut ei persuadeatur, apud Horatium saxis quoque gratum fieri, quod turbati maris spuma liberantur, C. 1,12,29. Eadem subest ratio plurimis locis, velut Carm. 1,11,6.; 2,16,17.; 3,1,10.; 4,7,9.; Epod. 16,55.; interest enim etiam siccarum glebarum, ut urantur semina. — Carm. 1,1,15. et 1,3,13. esse dativos is solum sine adiunctione potest dicere, qui mecum omnes casus, quos per formam licet, dativos habeat; nam luctari coniungitur etiam cum ablativo. —

Ceterum Nauckium spero summam suam quam testificatus est interpretandi peritiam et eximia in Horatium suum merita ita cumulaturum esse, ut maximum esse tempus existimet, ut in scholasticis huius poetae editionibus magis ducatur eorum ratio, quae critici in suspicionem adducunt vel vituperant, et desinat animae magnae prodigus esse in rebus desperatis, velut in ipso primo carmine, praesertim in farragine v. 30—36.; quae adversis frontibus secum pugnant. — Cf. Linker. Praef. III. —

Rei etiam maioris mentionem inchoabo ad Horat. Carm. 1,2. — Veritatis divinae semina e sacris litteris ad omnes pervenerunt gentes atque enata fructum reddiderunt, ut loci tulit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

natura. Hoc Horatianum carmen est ex ea Graecarum et Latinarum litterarum parte, quae profecta est a doctrina, quae est de peccato et improbitate et de miseria hominum in saecula crescente et ingravescente et de moestitia perditae beatitudinis salutisque desiderio et de expiatione poenaeque meritae remissione (Cf. quae ad Iliad 16,99. pag. 12. annotavi). De quibus rebus ita Deus nos edocuit, ut divinae iustitiae et sanctitati non ab ullo homine posse satisfieri credamus, sed a summo numine ipso humana specie induto, qui sit Messias sive Deus Filius. Hanc sacrorum scriptorum cogitationem et voluntatem carptim et obscure perlatam ita Graeci et Romani sunt interpretati, ut, quae ad cunctos mortales eorumque conditionem spectarent, in se suasque res traherent. Sic igitur Adamus fit Laomedon, qui delictum admisit in Apollinem et Neptunum; vel a Romulo, qui, ut Cainus, manum fraterno sanguine cruentavit, vel a Caesaris nece peccati ducunt originem; universi autem generis humani perversitas et nequitia inde consecuta et divinitus malis punita his gentibus sunt bella civilia, clades et ruina reipublicae, mores magis magisque lapsi. Et quemadmodnm per expiatricem Messiae mortali matre nati clementiam innocentia generis humani et naturae et beata aeterni paradisi vita restituitur et regnum eius est potentissimum plenissimumque divinae voluptatis, ita ut nova terra novumque coelum creetur: sic per Mercurium paciferum et gratiae reconciliatorem, qui sub Augusti imagine rempublicam moderatur, vel per puerum aliquem salutarem maiorum virtus et integritas et Latini nominis honos ac splendor redit et Romani faustissimo totum orbem tenent imperio, ita ut aurea aetas de integro instauretur et gens humana ex aethereo semine renovetur.

Cf. Jes. Prophet. 7,14. 9,6—7. 11,1—10. — Itidem apud Virgil. Georg. 1,129—31. serpentes aurea aetate non erant venenatae neque homines carebant igne; hoc Hesiodus quoque testatur, quem secutus (Op. 202—382.) Virgilius Georg. 1,133. sqq. scripsit; vid. Preller. Mythol. Gr. 1,61., Odyss. 1,32—4., Pindar. Olym. 2., Aeschyl. Agam. 160—254. 355—488. 944—53. 1485—8. 1560—6., Soph. Antig. 332—75., Plat. Alc. II. p. 454., Juvenal. 10,149—50.

(Sed Horat. Carm. 3,18,13—16. sane perridicule sunt supposita; cf. Grupp. Min. p. 54., 71., 96., 113., 142.)

Adde Epist. 2. Petr. 3,13., 1. Mos. 8,21., Paull. Epist. ad Rom., 1. 2. 3. 8,22. et confer. Hesiod. Op. 174—201., Hom. Iliad. 17,446—7., 19,90. sqq., Odyss. 18,130—6., Aeschyl. Ag. 551—71., 783—98., 832—40., 884—5., Soph. A. 552—6., Naegelsb. Theol. Hom. Sect. 4., 6. et 7., Br. Gnom. p. 128. Simonid., ibid. Theogn. p. 34. v. 421., sqq., Soph. Oed. Col. 1211—48. (vid. Progr. Crucen. 1855. pag. 44. et Anton. Goebel. in Mützell. Commentar. Nov. 1858. pag. 810., qui praeclare disserit de adiectivo μέρωψ, quod cum nominibus ὀϊζυρός et δειλός comparat ac sollicitum et ipsum converti vult), Ackerm.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Christ. Placit. apud Platon. cap. 6., Catull. 64,383—9., Cic. de Off. 2,5,16., Tusc. 1, §. 114—6., c. 67—68., Plin. Nat. Hist. 2,21. et 7,1., Juvenal. 1. 6. 15. (v. 702).

Deinceps considera praecipue Virg. Eclog. 4., Georg. 1,463—514., Aen. 1,258—96., 6,756—853., Horat. Carm. 3,3., Epod. 7; 16., Carm. 2,1,5.; 4,2,33—40.; 5; 14; 15; Carm. Saec., Epist. 2., 1., 1—19.

De notitia Judaicarum rerum apud Graecos et Romanos vide Strab. XVI., 2. (Casaub. p. 523.), Tacit Hist. 5,1—13., Flor. 3,5,30., Justin. 36,1—3., Hor. Serm. 1,9,69—72., Iuvenal. 14,96—106., Sueton. Vespas. 4.; 5.; 7.; 8., Lassaulx. Obit. Graecitatis, Monach. 1854. p. 5. et 7.: „Es ist eine bekannte Erzählung, an deren Wahrheit zu zweifeln kein Grund, dass schon der Kaiser Tiberius auf den Bericht des Pilatus die Absicht gehabt habe, Christum unter die Zahl der Goetter aufnehmen zu lassen; was jedoch durch den Roemischen Senat, ohne dessen Zustimmung kein neuer Cultus eingeführt werden durfte, vereitelt worden ist. Tertull. Apol., 5,21., Euseb. Hist. Eccles. 2,2. — — Denn die heidnischen nationalen Religionen liessen sich gegenseitig gelten, — das Judenthum aber und das aus ihm hervorgegangene Christenthum — liessen die polytheistischen Religionen (die πολύθεια μανία (Euseb. v. Const. 2,45. p. 382. B.) nicht gelten“. —

Denique inspice Abaelard. Theol. 1251, Epist. 6. ad Helois., Maurit. Carrier.: Abaelard. et Helois.: Giss. 1844. pag. XLVII., pag. 188. et eiusdem Religios. Oratt., Lips. 1850. pag. 167—70.

Quae media aetate de quarta Virgilii Ecloga ipsoque poeta et de Sibyllinis Carminibus iudicata sunt verissime (ut iam tum subsensi, quum librum scripsi, cui index est: Lux et Caligo, Cliviae, 1838. pag. 104.), posteriorum temporum impia levitas cum stolida audacia est cavillata, velut cum primis unus de praesultatoribus quotidianarum istarum praestigiarum, J. H. Vossius ad Virgil. Buc. Vol. I. p. 132. ed. II., Alton. 1830.; quem ceterum optime de liberalibus disciplinis esse meritum neutiquam nego; sed. cf. C. Tuscul. 3., 4. §. 8. et Ter. Andr. Prolog. 17. Quae quidem insaniens sapientia hodie ducente Deo revicta et confutata est, ut ad nihilum venerit.

Sed quum in editionibus Virgilii et Horatii hoc loco verum nondum compareat, religio mihi fuit occasioni ad id significandum datae deesse, ut tandem desistant interpretes reddere nolle, quae hic artibus honestis debent, eaque, quae effecta sunt perspicientia recti, ad scholae et adolescentium litterarum studiosorum fructum redundent. —

Ad Hor. Carm. 1,28,74. fugit Linkerum et Meineckium, incidisse mihi in mentem eandem emendationem, quae Peerlkampio, et eodem tempore; cf. Progr. Vetzlar. 1835. p. 4. — Meineckius non debuit Virgilianis similibusque exemplis et ipsius Horatii epico versu, Epod. 13,3.: capiti inhumato, tegi existimare; nam Threicio aquilone

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

est hiatus Graecorum more admissus, sicuti vel correptae huius generis syllabae in heroicis versibus leguntur, verbi caussa: Sub Ilio alto (Aen. 5,261.); vid. Cic. Or. c. 45. 152. et quae annotavi ad Vestrit. pag. 79. et 115.; et Progr. Crucenac. 1846. pag. 16—19. et Lachmann. ad Lucret. 6., 743.; 3,954. — — Carm. 2,13,16. correxi Progr. Vetzlar. 1835. pag. 30. timetque; quod videtur fugisse Lachmannum, quum ad Lucret. p. 77. timetve emendavit; item Meineckium et Linkerum, qui sic edidit. Quam legendi rationem Orellius vocat minime poeticam!! — — Carm. 3,5,37—40. insitiva sunt! — quis tulerit Gracchos de seditione querentes? — — Carm. 3,6,21—24. matura, quod non est maturescens, sed suam maturitatem habens, pugnat cum verbis de tenero ungui. Contra incesti amores magis cadunt in maturam, quam in teneros ungues. Jam nunc particulae nemo videat utrum rursum, an prorsum spectent. Principio hic scriptum fuisse existimo: Romana, et: fingier artibus; iam nunc et incest. am. cet. Vid. Carm. 4,11,18. — Carm. 3,6,25—32. si ea est sententia, ut mulier in convivio donasse videatur, pro vocula sed reponatur quin necesse est. Contra si ea est sententia, ut in convivio non donasse videatur, sed surrexisse vocata, equidem non dispicio, cur poeta, quae v. 26—28. leguntur, commemoraverit; et v. 25—26. non cohaerent cum v. 29—32.; nam non potest quaerere in convivio, ut non eligat, sed iussa surgat. — Etiam maxime ὀλιγόπιστος non neget vere esse dicta, quae offendimus v. 33—36. — V. 21—32. non esse Horatii manifestum videtur. — — Carm. 3,21,21—2.: distingue: Te, Liber, et si laeta aderit Venus segnesque; cf. 1,9,21—4. — — Carm. 3,27,40—1.: repone: quam porta; cf. Petr. Sat. 104,4.:

Somnia, quae mentes ludunt volitantibus umbris; —;

Ovid. Her. 9,39.: simulacra inania somni, Plin. 20,13,51: imaginari aliquid per somnium, Claudian. alicubi: somnia variis infausta figuris. Adde Virgil. Aen. 8,42., Tibull. 3,4,56. — — Carm. 4,2,49.: repone: Atque dum procedit. — — Carm. 4,3,17—24. ἀθετητέον! — Cf. Vestr. pag. 63. — — Carm. 4,9,45—52. insitiva iudicavi Progr. Vetzlar. (Astrol. Maneth.) 1835. pag. 36. — — Carm. 4,13,21. repone: nota tot artium. — Vers. 24—25.: repone: diu (et? — vid. Dillenb. ad C. 1,3,19.) parem — vetulam. — Vetula non est anus, sed senior mulier, quae fit anus (v. 2.); cornix stat per se et suapte vi, praesertim quum temporibus adiectum sit, neque ullo modo cadit in cornicem, quam ἐννέα ζώειν γενεὰς loquuntur (Hes. Fragm. CLXIII (222.). — — Carm. 4,15,27. iam non, si dis placet, caelibem Horatium fuisse discimus, atque adeo liberis auctum e legitima coniuge natis! — repone: matronisque castis; cum prole autem non solum significat: cum sua quisque, qui habet, sed omnino: cum iunioribus, progenie (Carm. 3,6,48., Cic. Leg. 3,3,7., Virg. A, 7,614. 8,151. 10,429.). —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Epod. 5,100. emendavi Progr. Cruc. 1846. pag. 17.: alites Esquiliae (cf., quae ad Odyss. 18,246. annotavi.); id quod fugit Linkerum et Meineckium. Spurcificus iste hiatus minime apud Horatium potest exemplis alienis defendi. — — Epod. 8,13. repone: matrona nec sit. — — Epod. 9, 26. sepulcrum sine dubio est aliena interpretatio vocis tribunal i. e. suggestus (tumulus) honoris caussa exstructus, monumentum funebre; vid. Tac. A. 2,83. Cf. Plin. 16,1,1., Apul. Flor. n. 16. med. — Olim conieci tropaeum. — — Epod. 11,17. repone: Lamenta, et mirare tam diu potuisse etiam hanc Mostellariam ludificari! — Quis intelligat haec fomenta dici, quae v. 9—12., leguntur? — et quis sanus potest fomenta ventis dividere? — — Epod. 13,3. sub vocabulo amici abditum est nomen proprium eius, ad quem hoc carmen conscriptum est, velut: Acili, Opimi. — — Epod. 14,13. emendavi Progr. Crucenac. 1846. pag. 28.: quo si; quod fugit Meineckium et Linkerum, qui sic edidit. — — Ibid. emendavi Epod. 16,41.: eia (heia), beata petamus arva; nam cui non certum atque obstinatum sit, quidquid scriptum est, defendere et perferre, alterutrum arva pariter supervacaneum esse confiteatur necesse est, atque v. 65. aere; nam ut prius arva ab adiectivo beata seiungi possit, ut non potest, tamen quivis, qui haec verba nullo signo distincta legit, primum arva ad beata referet, nisi quis inclamaverit, ut subsistat paullisper post arva. Praeterea non credo fieri potuisse, ut Horatius sic sine adiunctione Jovem aetatum corruptorem narraret (cf. pag. 19.), sed eum scripsisse: inquinarunt aera — — Aerea tum ferro durarunt (neutr.) — — Orellius arva beata cet. anaphoram vocat verelyricam et comparat Virgil. A. 7,586—7.! — Ceterum Val. Flaccus quoque corripuit ultimam voculae eia, 8,110.; Forcelli. de tempore huius syllabae non sufficientia narrat; cf. Lachm. ad Lucret. pag. 163. Ad extremum in memoriam redigam legentibus, hanc particulam testibus Heinsio et Burmanno saepe esse oblitteratam! — —

Sermon. 1,1,103—4. repone: cum veto, te vappam iubeo fieri. — Ibid. 1,1,105., duo obscuri homines sufficiunt, Tanais et Visellius, neque tertio opus est; illos autem nomine appellari, huius nomen reticeri, insolentissimum est; et ut socer ferri possit, quid hic Visellio, nescio cui, negotii est? — Quod restat, herniosus non potest opponi homini, qualis Tanais fuit: — socerum est corruptum: verum vocabulum lege apud Celsum, VII., 18. cet.; est Graecorum ὄσχεον. —

Epistol. 1,15,11—13. repone: laeva stomachabor habena. Maior utrum populum cet. — Vers. 13. est insitivus. Recte animadvertit Clericus nihil esse hoc loco contrarii; tamen vulgo ita sunt interpretati, quasi v. 12. habenae non facta esset mentio. Quem quidem errorem effugerunt Dillenburgerus et Düntzerus; sed horum quoque explicationes non ferunt sed voculam, verum altera desiderat caussalem, altera eius modi particulam, quae ad explanandum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sit idonea, velut autem, vel et; quod Clericus legi maluit; sed eques habet ultimam brevem. Haec tamen utcunque sunt, sive videtur poeta dicturus habena sive stomachosus habena futurus esse; sive equos non voce, sed freno regendos esse docet, sive freno regi narrat: hoc certum est, dictionem esse molestam, sententiam autem levem et parum facetam neque Horatio dignam, praesertim quum ne venerem quidem locutionis: equi frenato est auris in ore per se videatur invenisse, sed rem communem et contritam tam loquaciter perscripsisse. — Quum stomachabor corruptum esset in stomachosus, stomachatus et stomachandus (vid. Fea), vel quum, quid esset habena stomachari, non intelligeretur, grammaticus aliquis correxit et interpolavit. — — Epist. 2,2,146—8. repone: Quid, quanto plura — nullique —, vel: quid, si, quo — nulline. — — Epistol. 2,3, 65. repone: palus diu amataque ranis, vel: palus diu et apta carinis. — Qui fieri possit, ut viri subtili iudicio et praeclara eruditione ornati ultimam vocabuli paludis syllabam ab Horatio e licentia quadam poetica correptam esse opinentur, huius rei ingenue confiteor me habere notionem nullam! — Ita vivam, nemo Romanorum sobrius pronuntiare potuit: pălŭs, ut contra ea nemo Germanorum: Sūmpf, quin inter puerorum ludibria sit! —

Iliad. Lib. XXIII. v. 296—7.:

τὴν Ἀγαμέμνονι δῶκ' Ἀγχισιάδης Ἐχέπωλος
δῶρ', ἵνα μή οἱ ἔποιθ' ὑπὸ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν,)

Repone: *δῶρον, ἵν' οἱ μὴ ἔποιθ'.* —

Iliad. Lib. XXIII. v. 597—98.:

ἐν χείρεσσι τίθη Μενελάου. τοῖο δὲ θυμός
ἰάνθη ὡς εἴ τε περὶ σταχύεσσιν ἐέρση)

Olim conieci: *ἐέρσῃ* et intellexi e nomine *θυμοῦ* vim vitalem; nunc repono: *περὶ στάχυες*, vel: *περ ἀστάχυες σὺν ἐέρσῃ*, i. e. uti circum sive penitus spicae recreantur simulac rore perfunduntur. — Vulgata scriptura rei naturam invertit. — Vers. 679. non est Oedipus ipse. —

Iliad. Lib. XXIV. v. 56.:

εἴη κεν καὶ τοῦτο τεὸν ἔπος, ἀργυρότοξε,)

Repone: *κενὸν ἔπος.* — Adiectivum *κενεός* et *κενός* est inanis, vanus, *μάταιος;* cf.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Odyss. 22, 249., Pindar. Ol. 3,81., Pyth. 2,112. — Iliad. 2,298. iam Dammius s. v. κενεός recte explicavit. — Ad ea, quae ad illum librum Iliadis annotavi, hic placet addere, Maurit. Carrier. versus 217—19. suppositities duxisse: cf. eius Theol. Aristot. Lineam., Berolin. 1838. p. 32. Sunt etiam alia in iis, quae de Thersite narrantur, valde suspiciosa. —

Iliad. Lib. XXIV. v. 68.:

ὣς γὰρ ἐμοί γ', ἐπεὶ οὔ τι φίλων ἡμάρτανε δώρων.)

Repone: *ἡμάρτανον ἷρων.* —

Iliad. Lib. XXIV. v. 721—22.:

θρήνων ἐξάρχους, οἵ τε στονόεσσαν ἀοιδήν
οἱ μὲν δὴ θρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.)

In Schol. A. et Vind. quint. est: *δὴ θρήνεον*, et sic edidit J. Bekker.; *μὲν ἄρ' ἐθρ.* Faes. — Repone: *στονοέσσαν ἀοιδῆς οἴμην δὴ* vel *μὲν θρήνεον;* vel *οἶμον ἄρ' ἐθρήνεον.* —

Odyss. Lib. I. v. 443.

ἔνθ' ὅ γε παννύχιος, κεκαλυμμένος οἰὸς ἀώτῳ,)

Etiam Strepsiade auctore est aliquid *ἐγκεκαλυμμένον ῥέγκειν* (Aristoph. Nub. 11.); ut vero Telemachus stertere non potuerit, tamen non est verisimile, adolescentem iter ingressurum totam per noctem esse meditatum, sed ei videtur contigisse, ut in macerendo obdormisceret, ut Odyss. 12,211. *κλαιόντεσσιν ἐπήλυθε νήδυμος ὕπνος.* Quocirca noli commata post *παννύχιος* et *ἀώτῳ* ponere. — Apud Lucianum Somn. c. 4. post verba: *ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθε, κατέδαρθον ἔτ' ἔνδακρυς καὶ τὴν νύχθ' ὅλην ἐννοῶν*, nihil excidit; id quod cum Bekkero et Dindorfio existimavit F. V. Fritzschius, sed *ἔνδακρυς δὴ τὴν νύχθ'* reponendum est. Puerum male mulcatum somnus quidem arripuit, sed lacrimantibus oculis et ita, ut cura vexatus per totam noctem nonnunquam expergisceretur et cum semisomno animo reputaret. Quod ipsum ut dictum esset, olim conieci: *τὴν νύκτ' ἐνίοτ'* vel *ἔστ' ὅτ' ἐννοῶν.* Cf. Steph. Thes. Gr. L. s. v. *ἔννοος.* — Lucian. Somn. c. 3. olim conieci: *ὥστε δάκρυά μοι ἦν προοίμια τῆς τέχνης*, vel *ὥστ' ἦν;* nunc repono: *δάκρυά μοι ἐπροοιμιάζετο τέχνης* vel *τέχνην.* Hinc illae turbae! exquisitum verbum librarios in errorem induxit. Cf. Stephan. Thes. Gr. L. s. v. *προοιμιάζομαι (ζω);* ubi tamen desideratur Luciani ipsius auctoritas; vide Nigr. c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

10.: Ὡς εὖ γε, νὴ τὸν Ἑρμῆν,—πεπροοιμίασταί σοι; secundum quae fortasse δάκρυσι scribendum est et τέχνη. Falluntur autem Passovius et Benselerus, qui activam formam neglexerint; neque in Nigrino deponens med. est, ut Passovius est opinatus; vid. Bens.; iam Micyllus vertit: Ut bene sane — exordium hoc tibi peractum est! —

Iliad. 7,476—82. Achaei ad multam noctem videntur vigilasse. — Apud Hesiodum quoque Scut. v. 46. comma post παρακοίτι ineptum est. —

Odyss. 1,349. Faesium videtur fugisse Schneidevini annotatio ad Soph. Philoct. v. 709.; ἀλφηστὴς vocis veriloquium sane est ἄλφι ἔδων. — Eiusdem fabulae v. 1140. (pag. 279. ed. 1855.) Schneidevinus frustra conatus est vulgatam scripturam interpretari; id quod ipse videtur subsensisse. — Idem commemoravit quidem Dindorfii emendationem: ἓν δίκαιον, et meam: οἷ δίκαιον, sed magis ei videtur placuisse Arndtii: τὰ μὲν ἔνδικ' αἰὲν εἰπεῖν. Ego aliter statuo; nam ipsa vera sunt controversa; sed hoc potest postulari, ut quae vera esse existimemus, profiteamur; αἰὲν autem languidum est. —

Odyss. Lib. II. v. 334.:

οὕτω κεν καὶ μᾶλλον ὀφέλλειεν πόνον ἄμμιν·)

Cf. quae ad Il. 16,650—1. annotavi. —

Odyss. Lib. IV. v. 353.:

οἱ δ' αἰεὶ βούλοντο θεοὶ μεμνῆσθαι ἐφετμέων.)

Repone: οἳ—βούλονται ἑῶν μ. ἐφ. — . Faesius aoristum confudit cum imperfecto. Ἐφετμαὶ sunt ipsa sacra. Cf. Iliad. 7,450. 9,535—7. Odyss. 14,420—4., Apoll. Rhod. 1,14., 3,64. 1136, ubi scribendum: λιπουσ' ἦν. —

Odyss. Lib. IV. v. 546.:

ἢ γάρ μιν ζωόν γε κιχήσεαι, ἤ κεν Ὀρέστης)

Quum Marco Tullio auctore suo cuique iudicio sit utendum et eam ob caussam difficile sit factu me id sentire, quod tu velis: hic quidem versus Homericus vulgo inter opera ganeae grammaticae numeratur; at tamen vereor, ne hoc quoque modi specimen, quamvis videatur lingua prompta esse commendabile, huc redeat denique: ex mendo librarii laborat, poeta vero cecinit: ἢ γὰρ ἔτι ζωόν, vel μὲν — ἤ μιν Ὀρέστης. — Iliad. 14,484. recte Vrat. d.: καί τε. — Siccine locutum esse Graecum hominem, ut κεν indicativo praesentis iungeretur et haec status particula vera adverbii vi diceretur contra usum communem? — Fabulae! — mihi quidem non fit verisimile, quamvis pro hac stribligine multa verba inania, ut de quolibet enuntiato falso, tanquam de re certa, funditari possint. Ita ex omnibus fieri licet omnia! — Cf. quae ad 692., ad 16,437., 24,263—4. et ad Iliad. 3,180. annotavi. — Hoc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quidem est certum, si pronuntianda Latinis litteris concipiuntur, difficilius fieri, ut tam hilariter aureo orationis flumini indulgeatur. —

V. 646. Genitivus pendet e voce βίῃ; qui dicitur absolutus, pessime hic et Iliad. 1,430. est conveniens; qui quidem in eiusmodi loco etiam propterea non potest statui, quoniam apud Homerum omnino rarissimus est; cf. F. A. Wolf. ad Iliad. 4,417.; (vid. Lehrs. Quaest. Ep. p. 189.); ubi tamen falso absolutum esse opinatus est; nam genitivus aptus est e nomine πένθος, Iliad. 2,96. e nomine γαῖα, 5,203. e nomine φορβῆς et Od. 17,296. e voce ἀπόθεστος (cf. 2,397.). Sic fere apud Homerum hoc dicendi genus est comparatum. Flexum eius in posterioris aetatis usum planius ostendit exempli caussa Odyss. 20,25. Sed reapse, si quaeris, pendet genitivus e nomine γαστέρ'. — Hae sunt caussae huius locutionis. — Verius qui dicatur absolutus, verbi gratia est Iliad. 21,437. —

Odyss. Lib. IV. v. 692.:

ἄλλον κ' ἐχθαίρῃσι βροτῶν, ἄλλον κε φιλοίη.)

Repone: ἐχθήρειε, et cf. quae ad v. 546. et ad Iliad. 16,650—1. annotavi. —

Odyss. Lib. V. v. 206.:

εἴ γε μὲν εἰδείης σῇσι φρεσὶν, ὅσσα τοι αἶσα)

Repone: κεν εἰδείης. Olim coni.: δέ κεν. — Cf. Odyss. 7,315. et quae ad Iliad. 2,703., 5,516. annotavi. — Quod Buttmannus in Scholiis commemorat, γέμεν, Hercules exquisitissimum est et dignissimum, quod contribuatur cum ea prosapia, cuius sunt δηλαδὴ, δηλονότι, impraesentiarum, cet. — Γέ non magis esse potest idem, quod δέ, quam δέ idem, quod γέ. —

Odyss. 6,201. ad Aristarchi et Faesii interpretationem locutionis: οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτός, οὐδὲ γένηται, apud Serv. ad Virg. A. 9,422. et Macrob. Sat. VI., 1. Ennius potest conferri:

Non pol homo quisquam faciet impune animatus
Hoc, nisi tu: nam mi calido das sanguine poenas. — ;

sed verba non satis videntur esse sana et reponendum: dabi' sanguine (Virgil.: persolves); deinde: faciens, vel: facere est. At vero sententia videtur flagitare: Hoc; mihi tu nam nae, vel: cum. — Adde Schilleri dictum in Officin. ferrar.:

Was? faellt ihm Jener ein und bebet,
Red'st du von einem, der da lebet? — ,

et Shakspear. Henr. V. 4,7. fin.: K. Hen.: „Here, Fluellen, wear thou this favour for me, and stick it in thy cap. When Alencon and myself were down together, J plucked this

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

glove from his helm: if any man challenge this, he is a friend to Alencon, and an enemy to our person; if thou encounter any such, apprehend him, and thou dost me love. — Fl.: Your grace does me as great honours, as can be desired in the hearts of his subjects: J would fain see the man, that has but two legs, that shall find himself aggriefed at this glove, that is all; but J would fain see it once, and please God of his grace, that J might see.“ —

Illud ad extremum memoro, in eiusmodi enuntiatis *εἶναι* etiam oratorie iterari, velut apud Soph. Phil. 1241.:

Ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν. —

Odyss. Lib. VII. v. 69.:

ὥς κείνη περὶ κῆρι τετίμηταί τε καὶ ἔστιν)

Hanccine scripturam! — balbutientis audio verba, non loquentis! — Cf. quae ad Iliad. 3,180. annotavi et ad Odyss. 4,546. Permira hic fingunt; credat Judaeus Apella! male confertur Od. 24,263. et 16,437.; vide, quae ibi annotavi; alienus est Propertianus locus, 2,13,38., ubi *πρόταϑις* et *ἀπόδοϑις* est et dilucida senteutia simplexque constructio quaedam ad synesim: — repone: *τετίμηταί γ' ἐνὶ ἄϑτει;* quod deinde per species explicatur. — Olim conieci: *πάντεϑϑιν.* — Cf. Od. 14,205. —

Odyss. 8,363. conieci in Progr. Cruc. 1855. pag. 10.: *ἐνϑάδε.* — Ibid. v. 546.: *ἀντὶ κασ. δ' ἱκέτης ξεῖνός τε.* —

Odyss. Lib. IX. v. 62—3.:

ἔνϑεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ,
ἄϑμενοι ἐκ ϑανάτοιο, φίλους ὀλέϑαντες ἑταίρους.)

Post *φίλους* videtur *δ'* excidisse. — Versus 68. affert mihi memoriam Iliad. 16,384., ubi Ed. Goebelius verissime correxit: *κελαινῇ* (Mützell. Commentar. 1860. Mart. pag. 269.); nominativus sane non magis est aptus, quam Horat. Epod. 16,52.: alta humus; pro quo Horatius atra scripsit; cf. C. 3,4,17., Virg. Georg. 1,129., Ovid. Met. 3,63—64. —

Odyss. Lib. IX. v. 469—70.:

κλαίειν· ἀλλ' ἐκέλευϑα ϑοῶς καλλίτριχα μῆλα
πόλλ' ἐν νηὶ βαλόντας ἐπιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ.)

Repone: *πάντ' ἐν ν. β.;* quae quidem *πολλὰ περιτροπέοντες ἔλαυνον* (v. 465.), atque horum numerus v. 425—435. est satis definitus, ut universa multitudinis mentio aliena sit. — Odyss. 9,482. emendavi in Progr. Cruc. 1855. pag. 23.: *κὰδ δὲ βαλὼν — πρωρήσιον*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(ἀρεστῶς, ut video, Ameisio); vox πρωρήσ. forte fortuna e naufragio litterarum Graecarum servata est. Cf. quae ad 19,312. annotata sunt. —

Odyss. Lib. XII. v. 305.:

στήσαμεν ἐν λιμένι γλαφυρῷ εὐεργέα νῆα)

Vix videtur esse consentaneum, in portu excavato etiam κοῖλον σπέος peti (317.), praesertim quum et κοῖλος de portu ponatur ac σπέος quoque recessum cavum, portu similem, significet. Itaque vereor, ne Homerus dixerit: γλαφυρὴν εὐεργέα νῆα. —

Odyss. Lib. XII. v. 389—390.:

ταῦτα δ' ἐγὼν ἤκουσα Καλυψοῦς ἠυκόμοιο·
ἡ δ' ἔφη Ἑρμείαο διακτόρου αὐτὴ ἀκοῦσαι.)

Hos versus suppositities iudico et praeter necessitatem inepteque insertos, versu autem 391.: pro verbis: αὐτὰρ ἐπεί ῥ' — κατήλυθον reponendum: ὣς φάτ' ἐπεὶ δ' — κατήλθομεν. — Poetica veritas non indiget his externis et adventitiis rationis vulgaris et sensus communis adiumentis. Miror, quod auctor horum versuum nos non item fecit certiores, unde Ulysses, quae 9,105. sqq. de moribus et institutis Cyclopum terraeque conditione narrat, potuerit cognoscere et intelligere. — Quot eiusmodi significationes hac ratione essent illigandae! — Cf. Odyss. 1,346—7., Horat. Epist. 2,3,9—10., Schiller.: Weltalt. stroph. 3. et 4. —

Odyss. Lib. XIII. v. 189—91.:

ἤδη δὴν ἀπεών· περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦεν
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διός, ὄφρα μιν αὐτόν
ἄγνωστον τεύξειεν ἕκαστά τε μυθήσαιτο,)

Profecto non eo consilio Minerva nebula Ithacam cicumfundit, ut Ulyssem ipsum ἄγνωστον faciat; γὰρ autem male respondet verbis: ἤδη δὴν ἀπεών; et eum terram non agnovisse legimus v. 188.: quid quaeris? — repone: περὶ δ' ἄρ θεὸς (cf. Iliad. 21,549.) et ὄφρα explica: donec; vid. Iliad. 10,571. (Voss., Heyn., Faes.) et Odyss. 17,298. (Ameis.), ubi ἂν additum, ita ut hoc loco scribi possit: ὄφρα κεν αὐτόν. — Olim conieci: καὶ αὐτόν, ut cum vi ipse mutandus opponatur terrae mutatae (188—89.). —

Odyss. Lib. XIV. v. 404—5.:

ὅς σ' ἐπεὶ ἐς κλισίην ἄγαγον καὶ ξείνια δῶκα,)
αὖτις δὲ κτείναιμι, φίλον τ' ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην.)

Cf., quae ad Iliad. 1,133—34. annotata sunt; ita certe hic locus poterit adiuvare, ut filia ἔπειτα saltem aliquantillum honoris matri reliquum fecisse videatur. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Odyss. Lib. XV. v. 267—8.:

ἐξ Ἰθάκης γένος εἰμί, πατὴρ δέ μοί ἐστιν Ὀδυσσεύς,
εἴ ποτ' ἔην· νῦν δ' ἤδη ἀπέφθιτο λυγρὸν ὄλεθρον.)

Praeter *ἤ* repone, si opus est: *ποτέ γ' ἦν.* — Cf. quae ad Iliad. 3,180. et Odyss. 19,315. annotavi. —

Odyss. Lib. XV. v. 317.:

αἶψά κεν εὖ δρώοιμι μετὰ σφίσιν, ὅ τ' ἐθέλοιεν.)

Repone: *ἅσσ' ἐθέλοιεν.* — Cf. Iliad. 1,554. —

Versu 372. subeunt animum ea, quae Schellingius, philosophorum *φιλολογώτατος*, de vi *μάκαρ (μακάριος)* vocis disseruit (Opp. II., 1. pag. 469. sqq.): *μα* negativum esse vult et *καρ* duci a verbo *κείρω (κέρω)*, absumere, unde sit *καρδία, κέαρ, κῆρ*, affectuum sedes, amoris, appetitus, moestitiae, gaudii; hos autem animi motus, perturbationes, tumultus esse ipsam hominis infelicitatem; contra sedatum cor, quod omnes sui curas contriverit oblivione sui, ipsam esse beatitudinem. — — Apud Platonem haec vox fere ironice posita est et errore fortunatum significat, qui sibi valde placet vel imperitus est, ut a se ipso aut ab aliis rem aliquam teneri opinetur, quae reapse non tenetur. Cf. Horat. Epist. 2,2,108., Epist. ad Pis. 425, Plat. Men. 71. A., Lys. p. 208. D., Sympos. p. 198. B., 219. A., Crit. p. 44. C. — Adde Apocal. 3,17., Ev. Luc. 6,21—25. —

Odyss. Lib. XVI. v. 296—97.:

καλλιπέειν καὶ δοιὰ βοάγρια χερσὶν ἑλέσθαι,
ὡς ἂν ἐπιθύσαντες ἑλοίμεθα·)

Repone: *ἐπιθύσοντες;* primum enim capiunt, deinde irruunt. —

Odyss. Lib. XVI. v. 437.:

οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνήρ, οὐδ' ἔσσεται, οὐδὲ γένηται,)

Tam aliena ut locutus videatur Homerus? — Discavebo equidem, ne quis possit adeo me infatuare, ut credam! — Repone: *οὐδ' ἐσσόμενός γε γένηται;* certe non vitalem esse dicit. — Cf. quae ad 18,79—80. annotata sunt. —

Haec res affert mihi memoriam Platonici Symposii pag. 195. B., ubi similiter idem bis dictum est, nisi mecum interpretabere, Amorem non solum una versari cum pueris et adolescentibus, sed etiam per illam consortionem esse sive vivere ac vigere suamque habere naturam atque vim. — Stallbaumius, vir subtili iudicio, hic *ταυτολογεῖ* manifesto! —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pag. 173. D. Sympos. venit mihi in mentem Theocr. 15,10., ubi ἕτοιμος videtur esse scribendum (cf. Arat. 115. Matth., Xen. Comment. 4,5,12., Steph. Thes. s. v. ἕτ.); nam et Thuc. dictum 2,89. fin. aliter comparatum et Hesiod. Op. 114. — — Fragm. CLXXXVI. (209.) Goettlingius certe aut Gaisfordium aut Boeckhium sequi debebat; ego repono: ὅς δή. —

Pag. 185. E. Sympos. corruptum censeo ἀναλαβών et ἀλλὰ λαβών scribendum. Κινήσαις noli impugnare; κινεῖν enim est, ut Latinorum movere, idem, quod excitare, lacessere. — Pag. 199. B. sic explicanda videntur, si ὁποία δ' ἄν sana sunt, ut τοιαύτῃ ad εἰπεῖν κατ' ἐμαυτόν et ad τοιούτου λόγου — τἀληθῆ λεγόμενα referatur, postrema autem verba dicta sint pro eo, quod est: τοιαύτῃ δὲ (θέσει ῥημάτων), ὁποία ἄν τις τύχῃ ἐπελθοῦσα. — Pag. 203. B. verba: οἶνος γὰρ οὔπω ἦν nugatori alicui puto deberi. — Pag. 205. D. repone: δολιώτατος ἔρως; sequens ἔρως creavit errorem. — Pag. 208. E. verba quoque (cf. Stallb. D.):

εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον πάντα πορίζόμενοι, — ,

sunt pentameter; et fortasse etiam haec (D.): ἀθάνατ. — ἔσεσθαι, fuerunt hexameter in hunc modum compositus:

ἀθάνατον μνήμην ἀρετῆς αὐτῶν περ ἔσεσθαι, — ,

vel: ἀρετῆς ἔσσεσθαι ἑαυτῶν. —

Cf. de hac re Dorvill. ad Charit. Lib: IV. C. 1. P. 86. V. 13. pag. 421. ed. Lips., qui Paulli dictum Actor. cap. 23,5. afferens:

Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σοῦ οὐκ ἐρεῖς κακῶς, — ,

„commode", ait, „locum habuerit inter ethicos iambos"; sed metrum haerere non videtur sensisse; cui mederi potes σοῦ γ' scribendo. — Attendentes ad hanc rem numerum repertorum exemplorum non adeo difficulter augere possumus, velut hoc Liviano:

Romanum facta est, iussisque tradere noxios, — ;

libr. 33,30. f.; similiter Virgilius posuit omnia. —

Sed Tacitum heroico impetu Annales esse auspicatum non credo:

Urbem Romam a principio reges habuere. — ;

nam hoc totum exordium usque ad verba: accepit. Sed, particulam interpolationi libenter inservientem, supposititium esse censeo. Primum enim eadem res est brevioribus spatiis bis dicta; nam sententia, quae inest in verbis: Lepidi — — accepit, plenius et fusius perscripta est primo capitis secundi enuntiato. Deinde res pariter graves ita sunt definitae, ut aliae non ultra biennium, aliae non diu valuisse neque longae fuisse dicantur. Tertium haec ingressio est eiusmodi, ut nihil faciat ad res illustrandas, quas scriptor narraturus est; nihil enim aliud continet, quam fuisse olim reges, cetera; quae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nemo eorum potuit nescire, qui hos annales lecturi esse viderentur. — Cap. 3,2. repone: e privignis supererat; vid. §. 4. et Cap. 8. med. et cf. quae ad Odyss. 24,263. annotata sunt. — Cap. 3, §. 4. repone: aut aliud dignum ob praemium. — Cap. 4, §. 2. repone: et aegro corpore, vel certe: corpore et aegro. — Cap. 5, §. 1. repone: spemque ex eo esse; cf. C. 13. §. 2. — Cap. 8. repone: Addidit Messala, vel: Addiderat; cf. Cap. 13, §. 2. — Cap. 12. repone: dixit tecte Tiberius; non est Tiberii forte dicere, praesertim in re tali tale quid. — Cap. 13, §. 2. ut rogari desineret non ab ipsius profectum est potestate. Nimirum desiit negare, propter clamorem et expostulationes. Ergo et rogari si non inepta, at certe supervacanea sunt verba. — Item cap. 17, §. 1.: per tot annos. — Ibid. §. 2. apud vexillum interpretationem alienam esse manifestum est. — Ibid. §. 2.: repone: hinc iustitiam centurionum. — Cap. 18, §. 2. repone: conspicua scena foret; cf. Annal. 14,7. et Forcell. sub v. scen.; nam si tribunal vulgo solet idcirco cespite extrui, ut dux aggere conspicuus sit, non est, cur hoc consilium addatur; huc accedit, quod sedes satis insolenter cogitato duce suppletur. — Cap. 22, §. 1. repone: reddet. — Cap. 23, §. 1. eiusdem certe est supervacaneum; sed idem pro is pronomine ab ullo bono scriptore positum esse nego. Apud Cic. de N. D. 1,13,35. eius restitutum est; item apud C. Nepot. Timol. 5.1., ubi sine dubio scriptum fuit: ut hunc festum haberet, et eius vel eiusdem diem natalem est aliena interpretatio. — — Tacit. Agric. 17. repone: Et Cerealis — — obruisset, sed sustinuit molem —; particula sed (set) oblitterata est similitudine antecedentis syllabae verbalis. —

Sed ad Platonis Symposium parumper redeamus. Pag. 210. A. *αὐτὸν κατανοῆσαι* non potest esse ipsum intelligere; qui huic pronomini tantam vim tribuit in tali loco, eandem non potest derogare praecedenti. Plato scripsit: *οὕτω κατανοῆσαι.* — Pag. 210. D. repone: *ὥσπερ ἰδιώτης;* cf. Forcell. s. v. idiotae; translatio servitudinis sequitur voce *δουλεύων;* qua sic dupliciter uti, molestum est, neque satis recte dicitur: *τῷ παρ' ἑνὶ δουλεύων, ὥσπερ οἰκέτης.* — Pag 212. B. verba: *διὸ δὴ — — οἷός τ' εἰμί* inauspicato sunt supposita; mucronem enim Platonici Symposii obtundunt, facetae fictionis praesertim, qua Socrates a Diotima se professus est didicisse amatoriam sapientiam suam. Nam si Socrates dudum et vulgo de his rebus sic disseruit, omnibus ipsae erant notae neque earum origo potuit esse recondita. — Pag. 214. repone: *ἰδόντα αὐτοῦ πλέον,* i. e. illic; vel: *δή τινα πλέον;* nam numerum *κοτυλῶν* aestimare potuit, non videre; insuper *αὐτὸν* prorsus supervacaneum. — Pag. 221. E. repone: *ἄττα ὑβρ.* — — Pag. 223. C., pag. 176. C., pag. 214. A., pag. 219., pag. 220. et 221. Stallbaumius non attendit ad verba: *ἱκανὸς γὰρ καὶ ἀμφότερα, ὥστε ἐξαρκέσει αὐτῷ ὁπότερ' ἂν ποιῶμεν;* quod rei caput est. Neutiquam pingitur Socratis moderatio cautim et cunctanter convivantis, sed singularis et inexpugnabilis unici viri pa-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

riter corporis atque animi firmitas, qua non magis ad abstinendum, quam ad fruendum fuerit aptissimus; prorsus enim non potuit inebriari, ὁπόσον ἂν κελεύσῃ τις, ἐκπιών. —

De probatione Alcibiades verissime praedixit: cf. pag. 223. C. et D. — Sed in Lyceo Socrates non solum confabulatus est, verum etiam corpus exercuit. Cf. Wolf. pag. LXXIV. cap. XXXIX. Cui quidem rei vir apprime rationis particeps tum praecipue operam debet videri dedisse, qui totam noctem potando et sermocinando contriverit. „Pulchri sermones" nunc quidem paullisper hinc se amoveant! — Nimirum ea vulgo videtur fuisse Socratis natalis hora, quae Manethone iudice Apotel. 6,394.:

ἔνδον ἐφεζομένους παιδῶν ἡγήτορας ἔρδοι. —

Praeclarissime de Socratis virtute egit Hegelius in Hist. Philos. 2, p. 55—6. et in Philos. Histor. p. 328. — Reliquum est, ut Socratem memorabili illo die mane verissime de poesi tragica et comica censuisse contendamus; quod imprimis Shakspearius eum poterit docere, cui non ex ipsa re haec sententia videatur esse argumentis comprobata. —

Odyss. Lib. XVII. v. 342—44.:

Τηλέμαχος δ' ἐπὶ οἷ καλέσας προσέειπε συβώτην,
ἄρτον τ' οὖλον ἑλὼν περικαλλέος ἐκ κανέοιο
καὶ κρέας, ὥς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον ἀμφιβαλόντι.)

Repone: κρέας (vel cum aliis κρέα), ὅσσ' οἱ χεῖρες — . Ἐχάνδανον et ἀμφιβαλόντι pertinent ad solum numerum. — Vers. 223. Ameisius verum vidit in annotatione; τόν κε deformat orationis nitorem. —

Odyss. Lib. XVII. v. 485—6.:

καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσιν,
παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας,)

Repone: καὶ δὲ, vel: καὶ γὰρ θεοί. Cf. Naegelsbach. Annot. ad Iliad. Lib. 1. v. 521. et Lib. 3, v. 235., et Spitzn. De Vers. Her. p. 186. — Cum Germanica da particula nil est rei voculae τε; da est δή origine et saepe vi, velut 11,428—9. Cf. p. 26. —

Odyss. Lib. XVII. v. 586.:

„οὐκ ἄφρων ὁ ξεῖνος ὀίεται, ὅς περ ἂν εἴῃ)

Repone: ὅς τις ἂν εἴῃ; nam ὥς περ ἂν εἴῃ nihil est et 19,312., 21,212. et Iliad. 1,211. sententia maxime diversa. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Odyss. Lib. XVII. v. 593—4.:

„ὦ φίλ', ἐγὼ μὲν ἄπειμι, σύας καὶ κεῖνα φυλάξων,
σὸν καὶ ἐμὸν βίοτον· σοὶ δ' ἐνθάδε πάντα μελόντων.)

Repone: ξυνὰ φυλάξων. —

Odyss. Lib. XVIII. v. 79—80.:

„νῦν μὲν μήτ' εἴης βουγάιε μήτε γένοιο,
εἰ δὴ τοῦτόν γε τρομέεις καὶ δείδιας αἰνῶς,)

Parcite, amabo! haec verba, ut vulgo accipiuntur, mihi cerebrum excutiunt! lapides loquitur Antinous! — Quippe amentis enim est, velle eum, qui est, non nasci; nam hoc solum optativus aoristi potest significare. — Sed haec est sententia: Nunc quidem ne sis iactator neve fias unquam iterum occasione data; vid. Iliad. 21,475—7. — Cf. quae ad Odyss. 16,137. annotavi, et Kühn. Gr. Gr. §. 510,4. — Ea autem est horum verborum vis, ut Irum omni virtute privet; nam potest fieri, ut etiam homini non ignavo ex animi perturbatione subitus obiiciatur terror, ut nunc quidem timeat, sed posthac se colligat, et opprobrium fortitudine compenset; vid. Iliad 7,215—8. quid ipsi Hectori accidat et quae idem Iliad. 17,170—82. pronuntiet; quo tamen loco reapse insolenter gloriatur; cf. quae ad Iliad. 7,113—4. annotavi. —

Odyss. Lib. XVIII. v. 220—225.:

οὐκέτι τοι φρένες εἰσὶν ἐναίσιμοι οὐδὲ νόημα.
οἷον δὴ τόδε ἔργον ἐνὶ μεγάροισιν ἐτύχθη,
ὃς τὸν ξεῖνον ἔασας ἀεικισθήμεναι οὕτως.
πῶς νῦν, εἴ τι ξεῖνος ἐν ἡμετέροισι δόμοισιν
ἥμενος ὧδε πάθοι ῥυστακτύος ἐξ ἀλεγεινῆς;
σοί κ' αἶσχος λώβη τε μετ' ἀνθρώποισι πέλοιτο.)

Longe aliter dictum 22,231. — Repone: πῶς οὐκ, εἴ τι ξεῖνος — — ἀλεγεινῆς, — — πέλοιτο; — Faesii, qui τι πάθοι recte interpretatur, explicatio nae minime examussim optimum, sed dissolutum et abruptum efficit sermonem. Cf. Steph. Thes. s. v. πῶς p. 2305. —

Odyss. Lib. XVIII. v. 246.:

εἰ πάντες σε ἴδοιεν ἀν' Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοί,)

Repone vel: πάντες σε ἴδοιν ἀν' Ἰάσιον Ἄργος Ἀχαιοί; vel.: πᾶς τίς σε ἴδοι — Ἀχαιός; sed vid. Passov. Lex. s. v. πᾶς, 1, c. fin. — Ol. coni.: πᾶς τοι. — Cf. Hermann. ad Hermes. Leont. v. 33. (65.), meam annotat. pag. 22., ad Hor. Epod. 5,100. (Progr. Cru-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cenac. 1846,), Dillenburg. pag. 154. Mützell. Commentar. Schol. Mens. Febr. 1860. ad Horat. Carm. 3,4,9—10., Schneidevin. ad Soph. Antig. 1121. —

Odyss. Lib. XVIII. v. 276—280.:

οἵ τ' ἀγαθήν τε γυναῖκα καὶ ἀφνειοῖο θύγατρα
μνηστεύειν ἐθέλωσι καὶ ἀλλήλοις ἐρίσωσιν.
αὐτοὶ τοί γ' ἀπάγουσι βόας καὶ ἴφια μῆλα,
κούρης δαῖτα φίλοισι, καὶ ἀγλαὰ δῶρα διδοῦσιν,
ἀλλ' οὐκ ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσιν.)

Repone: *ἐπάγουσι.* —

Odyss. Lib. XVIII. v. 288—9.:

ἡμεῖς δ' οὔτ' ἐπὶ ἔργα πάρος γ' ἴμεν οὔτε πῃ ἄλλῃ,
πρίν γέ σε τῷ γήμασθαι Ἀχαιῶν, ὅς τις ἄριστος.")

Repone: *ὅς τις* vel *τοι ἀρεστός.* Olim conieci: *τοι ἄριστος.* —

Odyss. Lib. XVIII. v. 382—83.:

καί πού τις δοκέεις μέγας ἔμμεναι ἠδὲ κραταιός,
οὕνεκα πὰρ παύροισι καὶ οὐκ ἀγαθοῖσιν ὁμιλεῖς.)

Si scriptura est sana, *πὰρ* pertinet ad *ὁμιλεῖς*, ut dicitur *παρομαρτεῖν*, *παρακολουθεῖν*, *παρέπεσθαι.* Cf. etiam 24,19.: *ὁμιλεῖν περὶ κεῖνον*, Iliad. 18,194.: *ἐν πρώτοισιν.* — Sed vereor, ne *περ* reponendum sit, cui respondeat *διότι περ*, *διό περ*, *ἐπεί περ*: Ea de caussa, quod utique cum paucis iisque non bonis versaris. —

Odyss. Lib. XIX. v. 312.:

ἀλλά μοι ὧδ' ἀνὰ θυμὸν ὀίεται, ὡς ἔσεταί περ')

Hoc Graecae locutionis simulacrum ab iniusso quoquam iussa per Homericae mentis et linguae templa tolutim badizare, miserabiliter talipedat! — In otium tradam, sine, reponendo: *ὑπὸ θυμὸς ὀίεται;* quod verbum solus videtur asservasse Hesychius, ut tandem posset in Musarum sacrario istud obmutescere *Λάτιδος μέλος.* — Non tam hoc est quaerendum, quoties et ubi vocabulum aliquod legatur, quam probumne sit. — Cf. quae ad Odyss. 9,469—70. annotavi. — Olim conieci quidem: *ἄρα θυμὸς*, sed etiam adductus sum in suspicionem, *ἀνοίεται* significare: contra sive secus praesagit. — Versu 324. forte videns verba *ἐνθάδ' ἔτι πρήξει* recursat animo Nauckii annotatio ad Hor. C. 3,23,18.: — cur non vi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deatur a littera satis longa? — consequitur bl. — Ovidius ipse certe vel in media sede pentametri simili positione fuit contentus: Ex Pont. 1,7,66.:

Officii caussa pluribus esse dati. — ;

quae scriptura sana est. — Adde Hom. Iliad. 4,438., 21,340, 22,91.; 101. —

Odyss. Lib. XIX. v. 315.:

οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν, εἴ ποτ' ἔην γε,)

Repone: *ἐστι — — ἤ ποτ' —* . Cf. quae ad Iliad. 3,180. et Odyss. 15,267—8. annotavi. —

Odyss. Lib. XX. v. 242.:

ἤρτυον. αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀριστερὸς ἤλυθεν ὄρνις,)

Apage istum inauditum articulum et repone: *αὐτὰρ ἐπεί σφιν ἀριστερὸς ἤλ. ὄρν.*, et v. 243. post *πέλειαν* commate distingue. Diversum est Iliad. 22,163. — Cf. quae ad Iliad. 5,554 annotavi et Odyss. 2,398.: *ἐπεί σφισιν ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε*, et Iliad. 24,423.: *ἐπεί σφι.*—

Odyss. Lib. XX. v. 382—3.:

τοὺς ξείνους ἐν νηὶ πολυκλήιδι βαλόντες
ἐς Σικελοὺς πέμψωμεν, ὅθεν κέ τοι ἄξιον ἄλφοι.“

Repone: *ὅ κέν γέ τοι ἄξιον ἄλφοι;* sc. *τὸ πέμπειν ἐς Σ.* —

Odyss. Lib. XXI. v. 260—261.:

κάτθετ'. ἀτὰρ πελέκεάς γε καὶ εἴ κ' εἰῶμεν ἅπαντας
ἑστάμεν· οὐ μὲν γάρ τιν' ἀναιρήσεσθαι ὀίω,)

O praeclarum oratorem! tantumne potuisse loqui neque etiam plura omisisse! ad aemulationem rapit: — Quem ego! — Repone: *καὶ εὖ κ' εἰῷμεν.* —

Odyss. Lib. XXII. v. 290.:

τοῦτό τοι ἀντὶ ποδὸς ξεινήιον, ὃν ποτ' ἔδωκας)

Repone: *τότ';* cf. 21,99., ubi recte Faesius eandem scripturam recepit. Cf. quae ad Iliad. 8,108. annotavi. —

Odyss. Lib. XXIII. v. 15—16.:

τίπτε με λωβεύεις πολυπενθέα θυμὸν ἔχουσαν
ταῦτα παρὲξ ἐρέουσα, καὶ ἐξ ὕπνου μ' ἀνεγείρεις)

Dammius: „talia“, ait, „praeter rem nuntiatura, vel et nuntians.“ — Felicem, cui etiam-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum tam simplex et lepida *φιλολογία* licuerit! — quamquam recte futurum ineptum esse subsensit; nam profecto, quae iam nuntiavit, non est locutura, sed locuta. — Quid me vexas dictura? — immo: quae dixeris, vel dicas! — Non hercule qualiacunque litteris custodita veram habent sententiam, et apprime utile et conducibile esse arbitror, ut Epicharmus et Goethius non solum in aetate, sed sane crebro aurem vellant et insusurrent cantilenas illas suas:

νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Im Auslegen seid frisch und munter!

Legt ihr's nicht aus, so legt was unter. —

Noli quaerere! *εἴρουσα* reponendum est; item apud Hesiod. Theog. 38., ubi Goettlingius non dubitavit *εἰρεῖν* ut Boeotium verbum venditare! — Belle! — Nempe iures in sto crasso aere natum! —

Odyss. Lib. XXIII. v. 51—52.:

πῦρ μέγα κηάμενός· σὲ δέ με προέηκε καλέσσαι.
ἀλλ' ἔπευ, ὄφρα σφῶιν ἐυφροσύνης ἐπιβῆτον)

Repone: *σφῶϊ γ' ἐπιβῆτον*, i. e., ut vos saltem, qui praeter ceteros digni estis, participes fiatis hilaritatis. — Vid. quae ad Iliad. 16,99. annotavi. —

Odyss. Lib. XXIV. v. 71—2.:

αὐτὰρ ἐπεὶ δή σε φλὸξ ἤνυσεν Ἡφαίστοιο,
ἠῶθεν δή τοι λέγομεν λεύκ' ὀστέ', Ἀχιλλεῦ,)

Necessario pro vocula *τοι* scribendum *σευ* et Iliad. 21,321. *εὖ;* nam praesertim *ὁμηρικῶς* ipse est corpus. Cf. Iliad. 4,174., 23,83.; 222; 224; 239; 252. Adde Iliad. 23,71. et 1,4. — Ne Ennius quidem apud Serv. ad Virg. A. 6,219. potest videri dixisse, quod Peerlkampio visum est:

Tarquinio corpus bona femina lavit et unxit. — ,

ubi vulgo legitur: Tarquinii, quod Heynius in Praef. Edit. IV. p. LXI. defendere est ausus contra nobilem et certam illam Bentleii observationem. — Cf. quae ad Odyss. 24, 263—4. annotavi. — Ennium dixisse: Tarcuini corpus, ut relicuus, quattuor syllabis, Reisigius vidit. —

Odyss. Lib. XXIV. v. 262—4.:

εἰπεῖν ἠδ' ἐπακοῦσαι ἐμὸν ἔπος, ὡς ἐρέεινον
ἀμφὶ ξείνῳ ἐμῷ, ἤ που ζῴει τε καὶ ἔστιν,
ἦ ἤδη τέθνηκε καὶ εἰν Ἀίδαο δόμοισιν.)

Faesius confert 7,69.; ergo interpretatur: *ζώει τε καὶ ζωός ἐστιν;* verbum igitur in versu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quoque debebit accentu carere; nam ita fit copula. Sed ista quidem permira est explicatio! *νὴ τὸν κύνα* Socraticum sic rursum idem bis diceretur! — Cf. quae ad Od. 7,69., 16,437., 18,79—80. et p. 36. annotavi. Nempe huiusmodi *σχόλια* scribere, qualia sane hodie scribuntur plurima (iure multa certe de genere hoc sunt castigata in Mützell. Comment. 1859. Dec.), idem est, quod bona fide verba dare videlicet liberalibus disciplinis et per fidem decipere adolescentes, qui suo sibi iudicio uti nondum possunt neque fere praeterea animi intentionem et cogitationis laborem amant.

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος. —

Non nimium saepe memoria Goethianorum dictorum potest repraesentari:

Doch ein Begriff muss bei dem Worte sein. Cet. (Faust. I.). —

Hoc loco *ζώειν τε καὶ εἶναι* non idem quidem est, quod *ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο* (Od. 16,439.), id quod Ameisii perspexit subtilitas, sed similis est copia; vide Passov. s. v. *ζάω*. Nimirum *ζώειν* proprie est spirare, et *εἶναι* significat superesse; ita ut versui sequenti oppositum sit; cf. Ellendt, Lex. Soph. I. p. 515. et Iliad. 2,641—2.:

Οὐ γὰρ ἔτ' Οἰνῆος μεγαλήτορος υἷέες ἦσαν,
οὐδ' ἄρ' ἔτ' αὐτὸς ἔην, θάνε δὲ ξανθὸς Μελέαγρος. —

Ita fere additur *ἔτι* (vid. pag. 31. et Ellendt. l. all. et p. 692—3., Damm. Lex. Hom. p. 498—99., Passov. L. G. 1., p. 637.), et vereor ne hoc loco scribendum sit: *που ζώει καὶ ἔτ' ἔστιν*, et apud Soph. Phil. 422.: *ἔστ' ἔθ'*, Aiac. 784.: *οὐκ ἔστ' ἔτ' ἀνὴρ κεῖνος.* — Apud Soph. Phil. 429. *ἔστιν* praemissam est cum vi; ubi haesito, an itidem reponendum sit: *ἔστ ἔτ'.* —

(De versu 425. verissime iudicavit Ed. Vunderus; ego repono *πρόμος*. Alias conieci: *οἱ πρόμος;* cf. Apoll. Rhod. 2,21.: *αἶψα δ' ἑῶν ἑτάρων πρόμος ἵστατο.* —)

Cf. etiam Iliad. 22,59.: *ἐμὲ τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέησον.* Od. 15,349—50.: *ἤ που, ἔτι ζώουσιν ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, ἦ ἤδη τεθνᾶσι καὶ εἰν Ἀίδαο δόμοισιν.* — Alius quidem generis esse videtur et Aiac. 779. (cf. quae ad Odyss. 5,206. de 6,201. annotavi et Od. 16,437.); tamen ol. conieci: *εἴ γ' ἔτ'* (Ellendt. I., p. 497.). —

Attingit hanc rem Homericum quoque Iliad. 17,447.: *ὅσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει* (cf. Genes. 1,7,21—22.) et Sophocl. Trach. 1160—1.:

πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,
ἀλλ' ὅστις Ἅιδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι. — ;

ubi olim conieci: *ἐμέ;* vid. Ellendt. Lex. I. pag. 480.; nunc repono: *βροτῶν πνεόντων;* vid. Ellendt. Lex. pag. 322.,2.; *μηδεὶς βροτῶν* inprimis Sophocleum, et *ζωοὶ βροτοὶ* sunt apud Homerum Iliad. 18,539. et Odyss. 23,187.; et Iliad. 23,331. *βροτὸς κατατεθνηώς.* — Adde Virg. Aen. 1,546—7. (Heyn.):

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quem si fata virum servant, si vescitur aura
Aetherea, neque adhuc crudelibus occubat umbris, — ;

qualia penitus sunt Virgiliana et huius poetae dumtaxat propria, ut etiam Aen. 2,453—4., 4,285—7. et similia plurima. — Scite et populari Thersitae ratione Canuleii stomachus res novas quaerens et rumusculos imperitis serens atque aucupans in invidiosa oratione vitam in frusta excutit apud Liv. 4,3.: Lucis vobis huius partem, si liceat, adimant; quod spiratis, quod vocem mittitis, quod formas hominum habetis, indignantur! —

Odyss. Lib. XXIV. v. 289—90.:

σὸν ξεῖνον δύστηνον ἐμὸν παῖδ', εἴ ποτ' ἔην γε,
δύσμορον;)

Repone: ἤ ποτ'. — Cf. quae ad Iliad. 11,762. annotavi. Eadem ratio Iliad. 24,426. — Extremum illud est, ut iam hos Coniectaneorum Homericorum rivos claudendo Richardi Bentleii dictum legentibus ad animum revocem, quod Horatii ille restitutor scripsit ad famosum istud:

Quocunque lectum nomine Massicum

(C. 3,21,1—8.). — : „Paucis tamen, opinor, probabitur" (quod suasit, fetum numine) „quia coniecturae nomine nunc venit: quod si e manuscripto aliquo alicunde prodiret, quibus plausibus exciperetur!" — Planissime! — Tetigit acu vir coelestis et divinus (cf. Reisig. Praef. Oed. Col. p. XXIV.)! Cuius iudicium magno cum Horatii detrimento usque ad hunc diem multis locis est neglectum (cf. Linker. Praefat. p. III.). — Numine est etiam in antiquissimo codice B.; corruptum enim esse nomine certo certius est. — Hoc tamen vivit! — Vivit? — immo etiam vertitur et explicatur, licet ne tantillum quidem ei subiectum sit sententiae! — Cur infacete et inaniter fingeret Horatius hoc generosum vinum, quum colligeretur et conderetur, ad certum quendam finem et usum olim a vineae domino esse destinatum? — Quid tandem vineae dominus et vindemiatores ad Horatium? quid ad Corvinum? quid ad nos? ad quem denique alium usum vel generosissima vina legi et servari solent, quam ut bibantur? — Nomen potest caussam, titulum, praetextum significare, sed non officium fatale quoddam, non vim, non affectionem, non effectum! — Egregia est Bentleii emendatio et Horatio dignissima; sed fieri etiam potuit, ut poeta diceret: Quocunque fetum momine Massicum servas, moveri (cf. de concentu litterarum Nauck. ad Hor. Carm. 1,1,2., Cic. Tusc. 3,19,44—5—, Virgil. Aen. 3,183.: tales casus Cassandra canebat.—, 4,271.: Libycis teris otia terris. —, Hom. Iliad. 20,217.: ἐν πεδίῳ πεπόλιστο πόλις.—, Soph. Ai. 688.: ὑμεῖς θ', ἑταῖροι, ταὐτὰ τῇδέ μοι τάδε τιμᾶτε Τεύκρῳ τ', ἣν μόλῃ, σημήνατε. —,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Goeth.: Ad Lun.: Fliesse, fliesse, lieber Fluss. —, Lamart.: Dieu: Laissant errer mes sens dans ce monde des corps, Au monde des esprits je monte sans efforts; in deliciis est fere omnibus poetis haec figura). — Ambobus vocabulis usus est, et simili quidem vi praeditis, Lucret. 3,143:

Cetera pars animae per totum dissita corpus
Paret et ad numen mentis momenque movetur. —

Species huius numinis vel mominis divini (Odyss. 2,341.) sunt eae animorum commutationes, inclinationes, impulsiones, sive πάθη, quae apud Horatium v. 2—4. commemorantur. Cf. Goeth. (Vol. 5. p. 16. ed. form. octon. 1828.): Creatio et Animatio:

Doch mit Gebein und Glied und Kopf
Blieb er ein halber Klumpen,
Bis endlich Noah für den Tropf
Das Wahre fand, den Humpen.

Der Klumpe fühlt sogleich den Schwung,
Sobald er sich benetzet,
So wie der Teig durch Säuerung
Sich in Bewegung setzet. —;

et alterius scripturae caussa Ovid. Tr. 5,3,45.:

Sunt dis inter se commercia: flectere tenta
Caesareum numen numine, Bacche, tuo. —

Met. 14,588.:

Aeneaeque meo, qui te de sanguine nostro
Fecit avum, quamvis parvum, des, optime, numen. —

Adde Lucret. 3,188.:

Momine uti parvo possint impulsa moveri.
Namque movetur aqua et tantillo momine flutat. —;

2,632., ubi Lachmanno typographi non paruerunt; 6,474.:

Posse quoque e salso consurgere momine ponti. —

Non repudiavit Manilii elegans latinitas hanc vocem, 1,34.; 3,677—9.; qui optimae aetatis fuit poeta. (Cuius libr. 1,10. scribe: Faios et vires. —) Pag. 27. Jos. Scalig. haec annotavit: „Creberrime hoc verbo utitnr. Sed nusquam reperies nisi depravatum. — In aliis quoque auctoribus pariter depravatum reperies“. —

Dubitare licet, an lectum sit servandum; sed fetum magis esse poetice dictum, manifestum est; cf. exempli gratia Sil. Ital. 10,14.:

Fetus Gradivo mentem et cito fertur in hostem, — ;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

11,202.: feta gerens ira praecordia, 13,592.: feta furore Megaera; Virgil. A. 1,51.: loca feta furentibus Austris, Ovid. Pont. 1,7,13.: regio nec pomo feta nec uvis. Item Graeci, velut Philipp. Thess. Anth. Pal. 6,5.: πυρὸς ἔγκυον ἔμφλογα πέτρον, de pyrite; Meleag. ibid. 4,1,7.: Νάρκισσόν τε χορῶν Μελαντιππίδου ἔγκυον ὕμνων. — Neque subst. fetus humile; vid. Lexic. (Hor. C. 4,5,27., C. S. 31.), et cf. gravidus et ὠδίνειν. —

Magis etiam inconsiderate Orellius de Cic. Phil. 3,13. iudicavit: „Magna vis est magnum numen unum et idem sentientis senatus.“ — , ubi item nomen edidit, numen ex errore vel ex sapientia grammatici alicuius profectum opinans. Cf. ad Quirit. 8.: „Numenque vestrum aeque mihi grave et sanctum, ac deorum immortalium.“, Liv. 7,30. f.: „Annuite, P. C., nutum numenque vestrum invictum.“ —

I. Loci scriptorum emendati.

Apollon. Rhod. 3,1288. 4,158.: pag. 17. — 3,1136.: pag. 25. —
Catull. 5,11—12. 63,9;225. 126,1.: p. 4. —
Corn. Nep. Tim. 5., 1.: p. 31. — Hamilc. 1,6. 3,3. Eumen. 9,3.: p. 7. —
Enn. apud Serv. ad Virg. A. 9,422. (et Macrob. Sat. 6,1.): p. 26. — Ibid. ad Virg. A. 6,219.: p. 36.—
Hesiod. Theog. 38.: p. 36. — 363. 817. Scut. 50.: p. 4. — Op. 511.: p. 17. — Frag. CLXXXVI. (109.).: p. 30. —
Hom.*) Iliad. I, 118.: p. 3. — 567.: p. 15. — II, 217—9.: p. 24. — 708—9.: p. 4. — VI, 444.: p. 11. — X, 813.: p. 9. — XIII, 216.: p. 4. — XIV, 484.: p. 25. — XVI, 384.: p. 27. — XVII, 174.: p. 11. — XIX, 261.: p. 13. — XX, 138.: p. 15. — XXI, 225. p. 16.—320.: p. 36. — 340.: p. 16.—477. 530.: p. 16. — XXII, 339.: p. 13. —XXIII, 724.: p. 11. — XXIV, 426.: p. 38. — — Odyss. VIII, 363. 546.: p 27. — IX, 482.: p. 27. — XIV, 404.: p. 3. — XVI, 121.: p. 16. —
Horat. Carm. I, 1,30—36.: p. 18. — 28,74.: p. 20. — II, 13,16.: p. 21. — III, 5,17—40. — 6,21—32.: p. 21. — 18,13—16.: p. 19. — 21,1—8.: p. 38. — 27, 40—1.: p. 21. — IV, 2,49. 3,17—24. 9,45—52. 13,21;24—25. 15,27: p. 21. — — Epod. 5,100. 8,13. 9,26. 11,17. 13,3. 14,13. 16,41;65.: p. 22. — — Serm. I, 1,103—4;105.: p 22. — — Epist. I, 15,11—13.: p. 22.23. — II, 2,146—8. 3,65.: p. 23. —
Lucian. Somn. 3. 4.: p. 24. —
Manil. 1,10.: p. 39. —
Mimnerm.: p. 10. —
Ovid. Met. 14,250.: p. 14. —
Platen. Ad. Franscisc. II.: p. 12. —
Platon. Sympos. p. 185., E., 203. B. 205. D., 208. D., E, 210. A. D., 212. B., 214., 221. E.: p. 30—1. —
Sophocl. Ai. 779. 784.: p. 37. — Trach. 445. p. 3. — 313. 419 -20. 628. 1241.: p. 4. — 1160- 61.: p. 37. — Oed. Col. 588. 1282. 1336. 1349. 1381-2. 1390. 1584.: p. 10. — Oed. R. 620—22.: p. 12. — Electr. 61—64. 445. 451. 565. 852.: p. 13. — Phil. 422. 425. 429.: p. 37.—1140.: p. 25. —
Tacit. Annal. I. 1.; 3.; 4.; 5.; 8.; 12.; 13.; 17.; 18.; 22.; 23. — Agric. 17.: p. 30—1. —
Theocr. 15,10.: p. 30. —
Virgil. Aen. 1,44. 2,413. 3,464. 7,444. 599.: p. 6. — Aen. 7,628. 630.: p. 7. — 8,74—5.: p. 16. — 10,545. 12,369. 926. — Ecl. 4,22. 23. 33. Georg. 2,229. 266—7.: p. 7. —

*) Per occassionem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

II. Loci scriptorum explicati.

Abaelard.: p. 20. —
Aeschyl. (Ag.): p. 19. —
Carrier., Maurit.: p. 20. —
Catull.: p. 4. 20. —
Cic.: p. 20. — Ad Quir. 8., Phil., 3,13.: p. 40.—
Corn. Nep: Eum. 13,3.: p. 16. —
Euseb.: p. 20. —
Flor.: p. 20. —
Goeth. Rom. Eleg. 20,3 : p. 7. —
Hegel.: p. 32. —
Hermesianact. Leont. v. 55—6.: p. 16. —
Hesiod.: p. 19. —
Homer. Iliad. I, 403—4.: p. 5. — 410 : p. 15. — 432.: p. 17. — II, 298.: p. 24. — 641—2.: p. 37. — IV, 417.: p. 26. — VII, 426.: p. 14. — IX. 351—6.: p. 7. — XI, 89.: p. 18. — XVI, 97. 121.: p. 12. — XVII, 173—77.: p. 7. — 446—7.: p. 19. — 447.: p. 37. — XIX, 90 sqq.: p. 19. — 262.: p. 13. — XX, 135.: p 14. — 20,217.: p. 38. — XXI, 194. 203. 319. 322—3.: p. 16. — XXIII, 331.: p. 37. — 679.: p. 23. — — Odyss. 1,32—34.: p. 19. — 358.: p. 6. — 2,341.: p. 39. — IV, 646. — VI, 201.: p. 26. — IX, 294—5.: p. 14. — XI, 352.: p. 6. — XVI, 121.: p. 16. — XVIII, 130—6.: p. 19. — XXI, 352.: p. 6. —
Horat. Carm. I, 1,15.2.3,13.: p.18.—7,1—2.: p.7.— 11,6. 12,29.: p. 18. — II, 1,5.: p. 20. — 16,17.: p. 18. — III, 1,10. 3.: p. 18. 20. — 21,21—22.: p. 21. — 23,18.: p. 34. — IV, 2,33—40. 5.: p. 20. 11. 40. — 7,9.: p. 18. — 14. 15.: p. 20. — — Epod. 7. 16.: p. 20. — 12,25.: p. 14. — 16,55.: p. 18. — — Carm. Saec.: p. 20. — — Sermon. I, 9,69—72. — — Epist. II, 1,1—19.: p. 20. —
Justin.: p. 20. —
Juvenal.: p. 19. 20. —
Lassaulx.: p. 20. —
Libr. Divin.: p. 19. — Vid. Paull.
Liv. 7,30.: p. 40. — 4,3.: p. 38. — 33,30.: p. 30. —
Lucret. 3,143.: p. 39. —
Manil.: p. 39.
Ovid. Met. 14,232.: p. 16. — Ex Pont. 1,7,66.: p. 35. —
Paull. Actor. 23,5.: p. 30. —
Pindar.: p. 19. —
Plat. (Alc. II.: p. 142—3.) p. 19.: — Sympos. p. 195. B.: p. 29. — 199. B.: p. 30. — Pag. 223. C.: p. 31. —
Plin. N. H.: p. 20. —
Poett. Lat. Minor. Vernsd. III. Carm. ad Al. Magn. v. 14.: p. 15. —
Schelling.: p. 29. —
Shaksp. Henr. V. 4,7.: p. 26. —
Simonid.: p 19. —
Sophocl. Trach. 145. 1019—20.: p. 4. — Oed. C. 521—23. 960—4. 1211—48.: p. 9. 19. — Oed. R. 25.: p. 18. 163.: p. 12. — Ai. 552—6.: p. 19. — 688.: p. 38. — 1137.: p. 12. — Electr. 47.: p. 13. — Antig. 332—75.: p. 19. —
Strab.: p. 20. —
Sueton.: p. 20. —
Tacit.: p. 20. —
Terent. Andr. 3,2,3.: p. 15. —
Tertull.: p. 20. —
Theogn.: p. 19. —
Virgil. Aen. 1,195—7. 258—96 : p. 14. 20. — 546.: p. 37. — 3,183.: p. 38. — Georg. 1,131. sqq.: p. 19. — 463—514.: p. 20 —.

III. Addenda.

Pag. 3. I.: Cf. Schneidev. ad S. Oed. C. 380.—
P. 4. II. 703.: Cf. quae pag. 9. supra et ad Il. 11,762. (813.), et Od. 5, 206. annotata sunt. — Hes. Scut. ol. coni.: *δέ τοι.* —
P. 4. II. 791.: Cf. 13,45. —
P. 4. II. 813—14.: Cf. 6,402—3. —
P. 5. III. 180.: Cf. Sophocl. Electr. 565. (quod certe Graecum, cf. p. 13.) et quae p. 38. annotata sunt. —
P. 5. V. 487.: Cf. quae ad Il. 21,534. et 16,650—1. (754.) annotata sunt et Addend. ad p. 10. XII.—
P. 7. II. 6., vers. 510—11. *βάλλ' εἰς μακαρίαν* ad fratres (p. 3. 10. 16. cet.), *ἑ, Ἔμπουσα θάτερον σκέλος βολίτινον* habens, ut reponamus: *ἃ γοῦνα.* Cf. Steph. s. v. *γόνυ* (p. 719—20.) et *φέρω* (p. 716.) et Damm. pag. 246. 859., Forc.: fero, gressus, Theogn. 977. B., Soph. Tr. 966—7.— Ad 9,188 (cet.) scire volo Faesium, nihil Homerum per se inventi narrasse. —
P. 8. X. 499.: Kühn. Gr. Gr. 691. B. p. 388., Pass. Lex. Gr. I. 492., Eur. Hel. 16—17. —
P. 9. XI. 762.: Cf. Il. 24,44. — Ad 813. cf. p. 4., Damm. L. H. s. v. *ἔμπεδος* et Thiersch. Gr. Gr. §. 156,5. — Ol. coni.: *δέ τοι.* —
P. 9. XI.: V. 801. repone: *ὀλίγην γ' ἐς ἀνάπνευσιν*, sc. *ἀπόσχ.* — Non potest conferri 13,237. —
P. 10. XII.: Vers. 208. repone: *ὅπως ὄφιν αἴο-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

λον εἶδον; cf. 4,508. et 22,61., ubi item digammos non potest adscribi. Vid. Spitzn. de V. H. — Ol. coni.: ἴδον αἴολ. ὕδρον (2,723.). Cf. p. 5. et 12. et quae ad Od. 20, 242 annotata sunt. —

P. 10. XIV, 102.: Cf. quae ad Od. 4,546. annotavi. — 14,255. repone: οἵ μιν (Il. 15,28. αἵ μιν) ἀπένειϰαν. —

P. 11, XV. 302.: Il. 13,791. Φάλϰην τ' reposuit Bentl. — Vid. Heyn. —

P. 11. XV. 680.: Cf. Schneidev. ad S. Oed. C. 467. —

P. 12. XVI. 99.: Cf. Humperdinck. Progr. Siegb. 1859. (p. 8.) —

P. 14. XX. 121—22.: Cf. Pindar. Pyth. 9,61.: γεύεται δ' ἀλϰᾶς ἀπειράντου, Nem. 3,74., Isthm. 5,25. — Gell. 20,9. —

P. 15. XX. 493—4.: Cf. Il. 11,188. — Ad στειν. et εἴλ. vid. Vernick. ad Tryph. p. 428. —

P. 16. XXI. 249—50. (319.): Cf. Od. 15,452., S. Oed. Col. 397 (Ellendt.) 617. — Progr. Cruc. 1855. p. 36. emendavi v. 504.: λαβοῦσ' ὄπιθεν ϰίε θυγατέρος ἧς. —

P. 16. XXI. 534.: Cf. Addend. ad p. 10. XII.—

P. 17. XXII. 84.: Cf. 22,56. —

P. 17. XXII. 157.: 7. quoque Iliad. v. 418. facile fieri potuit, ut Homerus diceret: ἀμφότερ', οἳ νέϰυάς. Multa semel dicta apud poetam. —

P. 17. XXII. 349.: Cf. 14,148. —

P. 20. Adde Propert. 4,6 (37.), Ovid. Met. 15,745—870., Trist. ed. Loers. p. 532., Manil. 1,7—10. — Godofred. Voltumnens. ap. Pistor. Vol. II. p. 250. de aetate Augusti:

Fit gladius vomer, fiunt de cuspide falces;*)
Mars siluit, pax emicuit, miles fuit auceps,
Nascentis Christi tempore pax rediit. —

De rebus Iudaicis adde Plutarch. Conviv. 4,5. — Ceterum loci Virgiliani (Georg 1,463. sqq.) versus 512—14. genuinos esse negabo et negando, si quid referet, raviam. — Foenum esse oportet hoc stolidum aurigae caput, qui Circenses quadrigas neque πεισιχαλίνους finxerit, et equos non effrenatos aut furore correptos, sed prudentiores moderatore et, ut debent, ad victoriam currentes, retinere velit! —

P. 22 Serm 1,6,104—5. tritae caudae honestamentum, γονίμων interpretum inventum, ultra Sauromatas relegandum; cf. Epist. 1,15,11—13, et Steineri Libr. Memorial. p. 77. (Propert. 1,9,16.): — curto non est Latinus, sed dativus et ipse Horatius intelligendus; cf. tenuis. — S. 1,9,69—70. sunt recutiti! et Ennii canterius est equus, qui testibus est privatus! non ea parte, de qua Raimundus Seyffertus agit! serio γελοιάζων, verissime tamen Serm. 1,5, 1—6. mendici cultum aspernans, Progr. Cruc. 1856 p. III. et IV. —

P. 23. XXIII. 296—7.: Olim digammatis gratia conieci: δῶρον, μή οἱ ἕπεσθαι. —

P. 24. I. 443.: De genit. τέχνης cf. Henr. St. Thesaur. s. v. προοιμιάζ. —

P. 26. IV. 546.: Cf. Il. 15,186. — Il. 22,148. (Faes.) —

P. 26. V. 206,: Ne γε μήν quidem aut μέντοι, Graecis adversativum fuit; quod si uno loco esset, omnibus esse deberet. —

P. 27. VII: Non potest conferri Il. 22,52, Odyss. 15,350, 24,263. Insuper his quoque locis facillime potest corrigi: τέθνηϰ' ἤδ' ἐν Ἅιδος ἔστι (εἰσὶ) δόμοισιν. — Ad Od. 8,363. cf. Passov. L. Gr. s. v. ἐνθάδε. — Olim conieci: ἔνθα τε; cf. Il. 22,147. Spitzn. —

P. 27. IX. 469—70.: Cf. de Od. 9., 484. (483.) Schneidev. ad S. Oed. C. 467. —

P. 29. XV. 317.: Blanda appellatio, quam H. Steph. invenit, et Buttmannus et Hommelius et Dronkius iterarunt, nihil est. — Adde Goeth. Faust. I. v. 17. —

P. 30.: Hoc τοιαύτη in memoriam reducit Aristot. Poet. 6., de quo unice probo quod Vassmuthius noster iudicavit, Progr. Saraepont. 1852. (pag. 11.). —

P. 33 XVIII. 79—80.: Cf. quae ad Od. XXIV. 262—4. annotavi. —

P. 33. XVIII. 220—25: Ol. conieci: πῶς σοί γ' — — οὔ ϰ' — αἶσχος. —

P. 35. XX. 242.: Cf. Iliad. 12,200.: ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε, Addend. ad p. 10. XII., Xenoph. Cyrop. 2,1,1.: ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀετὸς δέξιος φανεὶς προηγεῖτο. —

P. 36. XXIV, 71—2.: Cf. F. A. Volf. Hist. Lat. Litt. ed. Gürtler. p. 211—12. —

P. 36. XXIV. 262—64.: Cf. quae ad p. 27. addita sunt. —

P. 37.: Cf. Ovid. Met. 14,172. 175—6. — — Oed. Col. 580. repone πω, et 585. ϰοινὰ. 942, ἀστοὺς (928.) et 946.: τοϰέων. Vers. 884. πρόμοι sunt Theseus et proceres. Item 295. ανακτες; sed versus consequens scribendum esse arguit: τὸν — ἄνακτά γ'. — Versus 339—41. sunt suppositi et σφῶν γ' reponendum. — Versus 354—6. confossiores sunto soricina naenia! germanus avis au lecteur! — repone: πρόσθεν μὲν ἐξ ἴσου φύλαξ πίστη. —

*) Contra apud Virg. Georg. 1,508.: Curvae rigidum falces conflantur in ensem. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. 38. XXIV. 289 – 90: Cf. Il. 11, 242—3. — Linkero adde Steiner. Commentat. Hor. II. p. 1—2. (Progr. Crucen. 1847). — — Hor. C. 4,5,30.: Et vitem viduas; ibid. 31.: ad vina venit (Nauck.), Epist. 1,19,6.: Laudibus arguitur vini vinosus Homerus, C. 4,13,2—3.: fis anus et tamen vis formosa videri, Epod. 4,4.: Et crura dura compede, Enn. ap. Auct. ad Her. 4,12., Martial. 1,101. (vid. Passov. s. v. τέττα et C. Schwenck. s. vv. Tatta, Tatte et Atta). — Soph. Oed. Col. 361.: τὰ μὲν παθήματ', ἄπαθον, πάτερ, Maneth. Apotel. 4,289., qui et ipse horrendae suae superstitionis effata hoc artificio condita esse voluit: ὧν (σχοινοβατῶν) ὁ πόρος μόρος ἐστίν. — Ab Arminio Koechlyo (in ed. Paris. 1851. et Teubn. 1858.) laboris nostri συμφιλολόγου *) dulcissimae amicitiae consuetudine iuncti partem, quantulacunque est, probatam esse, ἡδύ μοι ἐγένετο. — Goeth. Querim. matut.: O du loses, leidigliebes. — Cet. — —

*) Hac ἀξιώσει Zonaris non videatur δεινῶς βάρβαρον καὶ Αἰγύπτιον. —

Mend. typogr.

Pag. 4. versu 17. lege: 63,9. — Vers. 10. infr. lege: οἵ. —
Pag. 9. v. 2. lege 13, 120. — V. 8. infr. dele 703. post 217. —
Pag. 16. v. 6 lege: Iliad. 21, —.
Pag. 18. v. 7. dele comma post redit. —
Pag. 19. v. 10. infr. ante Juv. lege: 142—3. —
Pag. 21. v. 7. lege: 17—40. —
Pag. 24. v. 11. infr. in aliquot exempl. dele comma post Quocirca. —
Pag. 33. v. 11. lege: 437. —
Pag. 34. v. 8. infr. lege: iussum. —
Pag. 36. v. 14. infr. lege: 320. et Ὅμ. —
Pag. 39. v. 6. infr. lege: facis. —
Pag. 40. v. 7. pone comma post est; et v. 9—10. infr. (S. Electr).: lege: 852. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf